

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

[urn:nbn:de:bsz:31-264473](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-264473)

The image shows the front cover of an old book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, featuring large, irregular, cell-like shapes in shades of blue, red, and black, set against a light beige or tan background. The marbling is dense and intricate. A small, rectangular white paper label is affixed to the lower-left portion of the cover. The label contains handwritten text in black ink. The text is arranged in three lines: the first line reads 'Gym', the second line reads '7352.', and the third line reads '1/3'. The book's spine is visible on the left side, showing some wear and the binding structure. The overall appearance is that of a well-used, historical volume.

Gym
7352.
1/3

VI 190

~~VIII. P. II.~~

EX
 BIBLIOTHECA
 ILLUSTRIS
 CAROLI HESYCHEI.
 66/30

190

D. H.

B

die



Ω
bey

D. Friedrich Eberhard Bohnsens
Philologische
Bibliothek

für
die niedern Schulen.



Drittes Stück.

Quedlinburg und Leipzig, 1766.
bey Andreas Franz Biesterfeld.

Inhalt
des Dritten Stück.

- I. Continuatio Observationum in Homeri Lib. I. Iliados.
 - II. In Prologum Terentii Andriae Praemissum.
 - III. Supplementa ad Lexicon Manuale Hebraicum et Chaldaicum S. R. Io. Simonis.
 - IV. I. I. Reiske ad Tacitum Animadversiones.
-
-

Denen
Hochedelgebohrnen,
Hochgelehrten,
und
Hochzuehrenden Herren

11111

Handwritten text in Gothic script, likely a title or heading.

Handwritten text in Gothic script, likely a title or heading.

11111

Handwritten text in Gothic script, likely a title or heading.

H e r r n
M. Gotth. Jo. Ludewig
Dienemann,
Rektor bey dem Gymnasio zu Eisleben.

* 3

1772

Handb. d. d. d. d. d.
Handb. d. d. d. d. d.

Handb. d. d. d. d. d.

Herrn
Johann Jakob
Rambach,

Rektor des Fürstlichen Gymnasii
zu Quedlinburg.

1772
Johann Adam
Möller

Handlung des Herrn
Möller

H e r r n
Elias Caspar Reichard,
Rektor des Stadtgymnasii
zu Magdeburg.

* 5

1772

Grundriss der Naturgeschichte

von Johann Friedrich Blumenbach

Lehrer der Naturgeschichte in Göttingen

Sol

Rekt

2*

Herrn
Johann Friedrich
Lüdecke,

Rector der Schule zu Brandenburg.

1717

Christliche und
Jüdische

Lehrer der Schule in Remchingen

Lu

Subst
fo

H e r r n
Ludewig Albrecht
Walther,
Subkonrektor am fürstlichen Gymna:
sio zu Rudolstadt, und Inspektor
des Gnadentisches daselbst :

1772

Handbuch
der
Rechtswissenschaften

Verfasset von dem
Herrn Dr. Johann
Christian Meibauer,
ordentlichem Professor
der Rechte an der
Universität zu
Heidelberg.

Männern
von
richtigen und ausgebreiteten
Einsichten
in die
Philologische Gelehrsamkeit,
und
von den besten Verdiensten um die
niedern Schulen
wird
dies dritte Stück
der
philologischen Bibliothek,

aus

aus Hochachtender
Liebe,
und mit
den freudigsten Wünschen göttlicher
Segnungen
ganz ergebenst zugesandt

von
**D. Friedrich Eberhard
Boysen,**

Oberhofprediger, Consistorialrath, und des
Fürstl. Gymnasii zu Quedlinburg
Inspektor.

I. Con-



I.
CONTINVATIO
OBSERVATIONVM
IN
HOMERI LIBR. I. ILIADOS.

Ad v. 4.

ἥρώων] ἥρωες, *was*, *heros*. Plurima hujus vocabuli etyma referuntur ab auctore scholiorum minorum 1. a vocabulo ἀερῆ. 2. ab ἀήρ *aer*, quia heroes putantur post obitum in aere cum dæmonibus habitare. Vid. *Hesiod.* v. 124. Cui sententiæ eorum etiam opinio videtur consentanea, qui hanc vocem repetunt a nomine Junonis ἥρα, quia Juno est præses aeris. 3. ab ἥρασις *amor*, sive ἥρωσις, quia ex congressu deorum, et hominum geniti fuerint. 4. ab ἥρα *terra*, quia e terra orti homines, a quibus heroes, ex deorum hominumque congressu nati, originem ducere ferebantur. Verum ἥρωες nomen videtur esse in lingua græca primitivum, quod dominum denotet, unde romanorum *herus*. Heroes autem erant homines, ex deorum hominumque congressu geniti, atque corporis animique dotibus supra ho-

3. Stück.

P.

minos

mines excellentes, qui post mortem locum inter deos, hominumque mentes, medium sortiebantur, ac non minus quam ipsi dii, honore et officiis prosequendi erant. Vid. LAKEMACHER antiquit. græc. P. I. c. IV. Vocabantur etiam ἡμίθεοι, dorice ἀμίθεοι *semidei*. *Semones* etiam dicebantur; *semones* enim sunt quasi semihomines; quamquam alii sint, qui dicant, *semones* illos fuisse deos dictos, qui *minorum gentium* alias adpellabantur, et ex hominibus relati in deos, minores diis, et majores hominibus. Heroum tamen aliqui deorum in numerum referebantur, et tam divinis, ut antea heroicis adficiebantur honoribus. Illi autem θεοὶ παρεγγραπτοὶ dii adscripti dicebantur. LAKEMACHER I. c. Cæterum omnes, qui in virtute, aut arte aliqua supra vulgus eminebant, dici solebant *heroes*. Verum *Homerus* eo sensu *heroes* dicit, quem nos paullo ante exposuimus.

αὐτὲς] i. e. τὰ σώματα αὐτῶν corpora ipsorum.

ἐλώρια], ἔλωρ, ὠρος et ἐλώριον τὸ laniatus, laceratio ἔλκυσμα; quod alias denotat scoriam argenti, et ab ἐλκύω traho, eruo, est. Sed apud Scholiastem denotat illud, quod canes et reliqua animalia carpunt, et in partes distrahunt, dilacerantque, womit sich die Hunde schleppen. Scholiastes etiam exponit περισπάραγμα laceratio a σπαράσσω, vel σπαράττω unguibus lacero, vel lico 2. præda: ipsos (corpora ipsorum) dilaniandos dedit omnibus, prædam objecit canibus.

τεῦχε] τεύχω facio; paro. Hinc τὸ τεῦχος vas, instrumentum, τὰ τεύχη arma: τεῦχε autem

tem positum est pro ἔτευχε, augmento syllabico jonice, attice, et poetice abjecto. Gr. M. 1167. Gr. H. 311. Hæc abjectio augmenti, quoniam poetis illa admodum familiaris est, ab *Eustachio* vocatur ἀφαιρέσεις ποιητικὴ τῶν ἀυξήσεων.

κύνεσσιν] doricè pro κυσῖν. Jones enim dativum pluralem tertiæ declinationis formant ex nominativo plurali, cui Jota adjiciunt. Gr. M. 1185. Hinc ex κύνες fit dativus pluralis jonicus κύνεσσι pro κυσῖν, vel κυσῖ. Verum σ illud doricè duplicatur. Hinc dativus pluralis doricus κύνεσσι, κύνων, κύνονος, est per syncopen κυνὸς canis. Est vel a κύω pario, quoniam canum genus est πολυτόκον, sive fecundum, vel a κύω osculor, diligo, quia canes sunt Φιλάνθρωποι et Φιλοδέσποτοι.

Ad v. 5.

οἰωνοῖσι] οἰωνὸς avis. Proprie autem sic dicitur avis major carnivora, qualis est vultur, et corvus. Etymon hujusmodi solet exprimi, ut vox ab οἶος et ὦον, quorum hoc ovum, illud solus significat, repetatur; quia veteres fortean crediderint, aves solas, et sine concubitu, ex aere concipere. οἰωνοῖσι jonice et poetice pro οἰωνοῖς. Gr. M. 1152. Gr. H. 305.

τε] Hoc loco absolute positum significat que, et.

πᾶσι] Primam habet longam ob circumflexum. Gr. M. 1082.

διδος] Genitivus ab obsoleto δις. Genitivus autem ζηνός est a ζεύς, quod positum putant pro ζεύς. Ἐτερίαν γ propter euphonia[m] omittitur,

et compensatur inserto ipso *v*, unde diphthongus *eu*. Alii dicunt ζηνός esse a ζης. In dialecto poetica, auctore *Eustathio*, saepius ζάν; et alias saepenumero apud veteres legitur ζην, ζάν, ζης, ζάς. Idem *Eustathius* docet, reperiri accusativum ζεύν, a nominativo ζεύς. Gr. M. p. 355. Quæ de *Jove* dicuntur in fabulis, nota satis atque protrita sunt, atque ex *Hygini* fabulis, *Ovidii* libris *Metamorph.* et scriptoribus mythologicis veteribus, quos edidit *Thomas Gale*, et aliis addiscenda.

ἔτελείετο] jonicè et poetice pro ἔτελέετο sive ἔτελεῖτο, sive dum *ε* primum in ἔτελέετο mutatur in *ει* Gr. M. 1151. sive dum per pleonasmum jonibus admodum familiarem inseritur *ε* in contracto ἔτελεῖτο. Gr. M. 1149. τελέω perficio, absolvo, a τέλος finis. Hinc τέλειος perfectus, unde τελειόω perficio.

βελή] Quid h. l. sit βελή, eade re multa est disputatio auctoris scholiorum minorum. Acutissimo certe *Clarkio* non satisfacit, qui dicit, *Hommerum* eo loco non esse philosophatum, sed id tantum indicare voluisse: *mala et plura multo et majora, quam prævideri potuerint, ex ista imperatorum contentione esse orta.*

Ad v. 6.

ἐξ ἧ] Omissum est χρόνος, vel καιρῶ; plane ut apud latinos *ex quo*, scil. tempore.

δη] Hoc loco neque adseverat, ut interpres latinus putat, qui sane reddit, neque etiam significat; sed vel tantumdém est, quod ἧ collectivum, et significat igitur vel denotat jam.

τὰ πρῶτα] πρῶτα et τὰ πρῶτα primum. Ad-
jectiva enim neutrius generis adverbialiter ponun-
tur, tam in numero singulari, quam in plurali.
Verum in τὸ πρῶτον et τὰ πρῶτα omiffum vide-
tur κατὰ.

διαστήτην] 3. perf. dual. aor. 2. act. pro διαστήτην,
augmento jonice, attice, et poetice omiffio Gr.
M. 1167. 1231. Gr. H. 311. a δίστημα disto
2. diffideo, dissentio ut h. l.

ἐρίσαντες] Nominat. dual. partic. aor. I. act.
verbi ἐρίζω certo, litigo, ab ἐρίς, idos ἢ lis, con-
tentio.

Ad v. 7.

ἀτρείδης] Agamemnon Atrei filius. Nam
ἀτρείδης, est Atrei filius, ἀτρείως παῖς. Ab
ἀτρείδος, εὐως enim fit nomen patronymicum in
είδης. Gr. M. 368. Agamemnon scil. erat Atrei
argivorum regis, Pelops filii, et Areopes filius,
mycenis natus, quæ urbs in argolide sita, eo tem-
pore argivi caput erat, et regia. Hygini fab. 97.
Dux erat grecorum in bello trojano. Ipse myce-
nis postea habitavit, et argivorum regnum tenuit.
Agamemnon etiam Jupiter vocatur a Lycophrone,
Ζεὺς ἀγαμέμνων.

ἀναξ] ἀναξ, αὐτος rex, ἀνασσα, ἡς regina.
Poeta hisce frequenter utuntur vocabulis. ἀνάσσα
regno, impero. Hinc τὸ ἀνάκτορον, regia, pa-
latium.

ἀναξ ἀνδρῶν] hominum rex i. e. rex summus.
Quemadmodum Jupiter dicitur rex deorum, ho-
minumque. Vocatur autem sic Agamemnon, quia



summum habebat exercitus graecorum in bello tra-
jano imperium. Hinc etiam vocatur *rex regum*
a CICERONE L. IX. ad familiar. Ep. XIV. et a
VELLEIO L. I. c. I.

διος] διος per crasin pro διος a δις, διος
vero primam habet longam ob circumflexum, et
contractionem Gr. M. 1082. Est itaque διος pro-
prie, qui a jove genus ducit et originem. Achil-
les autem sic cognominatur, quia per avum *Aeacum*
a *Jove* originem trahebat.

Ad v. 8.

τίς τ' ἄρι] τέ hoc loco abundare videtur poe-
tice, et jonice, ut multi existimant. Verum sa-
tius est dicere, τε pronomini interrogativo τίς ad-
junctum, in interrogationibus παραπληρωματι-
κῶς positum esse, et idem significare, quod nam
in quisnam. ἄρα in interrogatione, cui h. l. in-
servit, significat igitur.

σφωέ] accus. pronominis & sui. Gr. M. 457.
Gr. H. 74.

Ξυνέηκε] attice et jonice pro συνήκε. 3. perf.
sing. aor. I. act. verbi συνήμι. Attici enim σ initia-
le mutant in ξ, quemadmodum etiam jones pro συν
dicunt ξύν. Gr. M. 1179. Gr. H. 290. Hinc pro
συνήκε est ξυνήκε. Deinde non per διάλυσιν jon-
nicam, ut putat Schrevelius, sed per πλεονασμὸν
ἰωνικὸν uti vocat Eustathius, ε intruditur. Gr. M.
1148. Vnde pro ξυνήκε est ξυνέηκε. Vel attice
augmento temporali η praemittitur syllabicum ε.
Gr. M. 593. Gr. H. 311. Vnde denuo ξυνέηκε pro
ξυνήκε. συνήμι est I. committo, ich überlasse,
über-

übergebe, ich lasse zusammen, 2. *committo*, *compono*, i. e. duos pluresque in certamen conjicio, iisque pugnandi potestatem facio. Vnde *prælium committere*, item *bellum committere*, ut est apud FLORVM L. II. c. 15. Et *gladiatores componi* dicuntur, cum in paria ordinantur, quæ inter se pugnent. 3. *intelligo*, et tum accusativum adsciscit. Verum cum *sentio* significat, genitivum sibi jungit.

μάχεσθαι] Infinitivus apud græcos, et gerundii in *di* loco est, cui accedit *caussa*, vel *gratia*; et vim habet supini. Vid. *Possel.* syntax. Gr. ling. 165. Hinc dupliciter μάχεσθαι h. l. potest exponi, vel *pugnatum*, vel ut *pugnarent*, *pugnandæ gratia*. Eph. IV, 22. ἀποθέσθαι ὕμας pro ὡς ἀποθέσθαι ὕμας. Col. IV, 6. εἰδέναι, πῶς δεῖ προ ὡς εἰδέναι.

Ad v. 9.

λατῆς καὶ διὸς υἱὸς] *Latona* et *Jovis* filius est *Apollo*. Jupiter enim, cum *Latona* amaret, compressit eam. *Natalis Comes* L. III. *Mythol.* c. 18. ἀλανθάνω sive λήθω dictam putat, quia denotet *caliginem*, sive confusam verum naturam, ex qua *Apollo* et *Diana* nati. Verum rectius forte sic dicta creditur, quoniam *latuit junonem* pertimescens. *Saturni* filium facit auctor hymni in *Apollinem*, quem *Homerum* vulgo ferunt. *Hesiodus* autem in *Theogonia* v. 404. et *Ovidius* *Metamorph.* L. III. eam *Coei* ac *Phæbes* filiam faciunt. Eam a *Jove* sub specie *ὄρνυτος* sive *cornicis* compressam ferunt, unde quoque insula,

in qua peperit, *ortygia* dicta, quæ postea *delus* adpellata. Alii vero eam, *Junonem* cum fugeret, in coturnicem mutatam, in insulam illam adpulisse, quæ inde *ortygia* et postea *delus* vocata fertur. Alii hoc *Asteriæ* sorori *Latonæ* tribuunt, quæ, cum *Jovis* concubitum fugeret, in coturnicem mutata, e cælo in mare inciderit; ubi de repente insula emerferit eam excipiens, et inde tum *ortygia* tum *asteria* vocata fuerit. *Spanhemii* Comment. in *Callimach* p. 82. Sunt quoque, qui *Apollinem* in insula *delo*, *Dianam* vero in *ortygia* natam dicunt.

ὁ γὰρ] ὁ hic. Articulus enim præpositivus sæpe vicem pronominis demonstrativi sustinet.

βασιλῆι] jonice pro βασιλεῖ. Jones enim, cum quantitatem syllabæ augere soleant, ε nominum in σοs mutant in η. Gr. M. 1151.

χολωθείς] Part. aor. I. pass. verbi χολόω irritō, εἰς ὄργην ἐμβαλλῶ. χόλομαι pass. irritor. Hinc χολωθείς. Sive si medium dicas verbum esse χολόμαι; χολωθείς, utpote participium aor. pass. h. l. deponentialiter usurpatur dialecto attica. Gr. H. 77. Gr. M. 489. Est autem χολόω vel α χολή fel, bilis, tam flava, quam atra, vel α χολος ira, indignatio.

Ad v. 10.

νόσον] Jonice pro νόσος. Jones enim, ut quantitatem syllabæ adaugeant, ο quoque mutant in α. Gr. M. 1151. Νόσος vero generis est feminini, et non solum morbum, sed etiam vitium quodlibet significat.

ἀνά]

ἀνά] ἀνά cum acc. significat *per et in*. Gr. H. 249.

στρατός] *exercitus*, sed στρατόπεδον *castra*. Verum στρατόπεδον etiam sæpius pro *exercitu* dicitur.

ὄρσος] 3. perf. aor. 1. act. xolice pro ὄρσα, ρας, ρς a verbo ὄρω *excito, concito*, fut. ὄρω. Sed xoles in futuris verborum in ρω et λω retinent σ alias abjiciendum. Gr. M. 1211. Hinc ὄρσω fut. 1. pro ὄρω, unde aor. 1. ὄρσα. Poetæ autem a futuro 1. xolico ὄρσω novum formant verbum. Vnde ὄρσει etiam esse potest imperfect. act. verbi poetici ὄρσω.

κακὴν] Auctor scholiorum minorum interpretatur κακατικὴν. Κακατικός autem est *insestus, noxius, maleficus*.

ὀλέκοντο] 3. perf. plur. imperf. pass. vel etiam medii, augmento temporali attice, jonice, et per ἀφαίρεσιν ποιητικὴν τῶν αὐξήσεων omisso. Potius dorice. Dores enim augmentum temporale, quod hic omissum est, omittere amant, præsertim ubi α per augmentum temporale mutandum est in η. Gr. M. 1192. Verbum est ὀλέκο, quod ὀλλυμι, *perdo* significat. ὀλέκομαι est ὀλλυμαι *perdor, pereo*.

λαοὶ] Prima syllaba longa est, quamvis vocalis sit anceps. Oxytona enim dissyllaba substantiva in os purum α syllabæ penultimæ præducunt. Gr. H. 238. Gr. M. 1087.

Ad v. 11.

ἐνεκα] ἐνεκα per crasin atticam pro ἔ, ἐνεκα
P 5 Gr.

Gr. H. 13. proprie est *quare*: Sed 2. etiam significat *ideo quod*, *propterea quod*.

τὸν χεῦσιν] χεῦσιν, ὄ, η. ην. *Chryses* sacerdos *Apollinis* distinguendus a *Chrysa* juniori, qui nepos ipsius erat; Vid. *Hygini* fab. 121.

ἠτίμησ'] Scholia minora interpretantur, ἀτίμως ὑβρίσεν ignominiose contempsit. ἀτιμάω, ἀτιμάζω pro nihilo duco, dedecore adscio, despicio.

ἀενηῆσα] ἀενηῆς ὁ proprie est *precator* a voce ἀερά, quæ vox est media, et tam *precationem boni*, quam *mali imprecationem* significat. Quare in sensu bono ἀερά significat *preces*, *votum*. 2. in sensu autem malo denotat *imprecationem*, *die Verfluchung*, *Vermaledeyung*; et 3. *exitium*, *perniciem*, *cladem* significat eam, quæ est ex *imprecatione*. Sive ἀενηῆς est παρὰ τὴ ἀερα τὰς χεῖρας εἰς ὕψος, quod *precantes* facere solent, vel παρὰ τὴ ἀερασκεν τῷ θεῷ, quia recto *precatus* placet deo. Hinc ἀεράομαι, quod itidem in utramque partem dicitur, et tam *precor*, *voveo*, quam *devoveo*, *maledico* significat. Vnde καταεράομαι *exsecro*, *devoveo*, et κατάερα *exsecratio*, *devotio*. Verum cum dei cultores in precibus sint assidui, ἀενηῆς est *dei cultor*, *sacerdos*, ut h. 1.

Ad v. 12.

ἀγχιόνης] i. e. *Agamemnon*, vide, quæ diximus ad v. 7.

ὁ γὰρ] ὁ i. e. ἄτος, nempe χεῦσιν. Articulus præpositivus hic denuo fungitur vice pronominis demonstrativi, vide dicta ad v. 9.

δοῦς]

ῥοῶς] ῥοῶς, ἢ, ὃν α ῥέω curro, *celeriter eo*, significat *celer*, *velox*.

ῥῆας] Jonice pro ῥάας sive ῥαῦς. ῥαῦς enim jonice habet ῥῆος. Et hoc η jonicum in dialectum quoque atticam irrepfit, solum si accusativum pluralem excipias, qui attice habet ῥαῦς pro jónico ῥῆας. Vid. Gr. H. 48. 49. Gr. M. 354.

ἄχαιῶν] Achajorum i. e. græcorum. Vide dicta ad v. 2.

Ad v. 13.

λυσόμενος] Habet priorem longam, licet vocalis sit anceps; vel ob concursum syllabarum brevium Gr. M. 1076. Gr. H. 324. vel quia fut. I. λύσω habet priorem longam, Gr. M. 1084. Gr. H. 332. λύω autem h. l. est *redimo*, *ich löse aus*.

τε] heic ter repetitum significat, *et, et, atque*, vel *cum, tum, tum*.

θύγατρα] per syncopen pro θυγατέρα. Vox enim θυγάτηρ, quoties syncopen patitur, in accusativo singularis, nominativo et accusativo pluralis numeri, accentum retrahit in antepenultimam. Gr. H. p. 19.

ἄπειρος] Per apostrophum pro ἀπειρέσια Gr. M. 1104. ἀπειρέσιος autem dicitur pro ἀπειρέσιος per methathesin. ἀπειρέσιος autem est ἀπέρας jonice pro πέρας *finis*, et significat *infinitus*, *ingens*.

ἄποινα] τὰ ἄποινα est a ποινή *pœna*, et significat *pretia loco pœnæ debita*, *pretium redemptionis*; vel est quasi τὰ ἄποινα *munera*, quæ pro cæde dantur, quibus a morte redimitur aliquis.

Ad

Ad v. 14.

στέμμα] *Sertum, Corona.* Est a σέφω *circumdo, coronō, exorno, redimio, ejusque præter. passiv. ἔσσεμμαι.* A præterito activo ἔσεφα est σέφανος et σεφάνη *sertum, corona,* unde σεφανώω, quod idem significat, atque σέφω.

ἐν χερσίν] *Dativus pluralis χερσὶ est ab oblieto nominativo singulari χεῖρς.* Gr. M. 326. Alii, ut *Alexander Scotus* in *Grammat.* p. 274. putat *dativum pluralem esse a genitivo poetico χερὸς pro χειρὸς.*

ἐκηβόλος] *ἐκηβόλος ὁ κῆ) ἢ procul jaculans, longe jaculans, jaculandi peritus, sagittarius.* Est ab ἐκᾶς *procul, eminus, longe,* et præterito mediū βέβολα verbi βάλλω *jaculor.* Hinc ἐκηβολία *peritia jaculandi.*

ἐκηβόλος ἀπόλλωνος] *Apollo cognominari solet ἐκηβόλος.* Quemadmodum enim ipsi ars multiplex tribuitur, et ab aliis, et a *Callimacho Hymn. in Apoll. v. 42.* sic jaculandi inprimis peritus ferebatur. Et hinc dici solebat ἐκηβόλος, item κλυτοτόξος *H. Δ. v. 101.* Sagittas verò dono ei dederat *Vulcanus v. 9.* iisdemque occiderat *pythona.* Hinc præfes etiam et tutor sagittariorum, et artis jaculandi habebatur *Apollo.*

στέμμα ἔχων ἐν χερσίν-ἀπόλλωνος] *Coronarum multus et frequens erat in omni religione usus.* Non solum enim deorum simulacra iis exornabantur, sed ab iis quoque offerebantur, qui diis supplicare volebant, et sacerdotes iique, qui rem sacram facturi erant, coronis redimiti erant. *Lactantius* antiquit. græc. sacr. p. 209. 210. 394. Non

Non vero cuilibet deo quælibet coronæ offerebantur, sed ex ejus arboris frondibus, quæ deo isti consecrata erat. *Spanhemii* Commentar. in *Callimach* p. 264. *Apollini* autem *laurus* præsertim sacra erat, in ejus itaque sacris laureis uti solebant fertis et coronis. Quare *στέμμα ἀπόλλωνος* intelligitur *corona laurea*, quam *Chryses* sacerdos hujus dei manibus prætulisse dicitur a poeta, ea uti re sacerdotem se *Apollinis* profiteretur. Quod ideo forsitan fecit, ut venerationem græcorum sibi conciliaret, et ab ipsis esset inviolabilis.

Ad v. 15.

χευσέω] Utrumque dicitur, et *χεύσεος*, ἄς, ἐν, ηἰ, εον, ἔν, Gr. H. p. 52, Gr. M. 236. et *χευσόος*, ἄς, ὄη, ἦ, ὄον, ἔν. Gr. H. 52. aureus, *αυρο solidus*, est a *χευσός* aurum. *χευσέω* pro *χευσώ* jonice et poetice. Jones enim sæpe numero omittunt contractionem, sive resolvunt potius contracta in sua elementa. Gr. M. 1147. Et hæc proprie est illa *διάλυσις* jonica, diversa a pleonasmō jonico, quem vocat *Eustathius*. Gr. M. 1148. Et hanc dialysin Poetæ perquam imitantur.

ἀνά] Interpretantur vulgo *cum*, et sic quoque exposuit *Possel*. Syntax. Gr. 242. Auctor vero scholiorum minorum videtur *circum* sive *circa* reddere. Sic enim ille *περὶ τῷ κέχευσομένῳ σκήπτρῳ*. Et sic quoque auctor Gr. M. qui p. 1233. *ἀνά* poetice pro *σύν* vel *ἐν* sive *κατά*, *cum* vel *in*, dici arbitratur.

σκήπτρῳ] *σκήπτρον* scipio, baculus. Dicitur a *σκηρίτομαι*, *σκηρίπτομαι*, vel *σκήπτομαι*, *ἴππι-*

innitor, fulcior, incumbō, quia baculo inniti sole-
mus. Hac etiam, quæ propria huic vocabulo et
nativa est, significatione *Homerus* in *odyſſea* men-
dici baculum dixit σκῆπτρον. Præsertim autem
2. bacillus ille vel *ſcipio*, quo reges utebantur ad
designandam poteſtatem et imperium, dicebatur
σκῆπτρον. Hinc σκῆπτρον regiæ poteſtatis erat
inſigne. Inde reges vocantur σκῆπτροφόροι et
σκηνιαχοι apud *Homer.* *Iliad.* p. 86. Verum 3.
non ſolum reges, ſed etiam magistratus apud græ-
cos reliqui, præſertim δικαστοὶ ſive iudices
ſceptro utebantur.

ἐλάσσο] Imperf. verbi λύσσομαι, quod eſt
ſupplico, precor, oro. Dicitur etiam λιτομαι.
Hinc λιτή ſupplicatio, preces, unde λιτανεύω
oro, precor, rogo, et λιτανεία ſupplicatio, preces.

Ad v. 16.

ἀτρείδα] Accuſativus dualis numeri vocis
ἀτρείδης. *Atrida* vero hic intelliguntur *Agamemnon*,
et *Menelaus* filii *Atræi*.

δύω] vide Gr. H. 64. Gr. M. 441. δύω au-
tem poetice eſt pro δύο. Sed *Alexander Scotus*
in Gram. p. 252. δύο pro δύο attice eſſe dicit,
idemque obſervat δυοῖν genitivo et dativo eſſe
omnium generum, δυεῖν vero fœmininum genitivi,
et dativi caſus, ſed atticum; δύο vero et omnium
generum, et omnium eſſe caſuum. Plurale illud
eſſe nonnunquam δυῶν, δυοῖ, licet ſignificatione
duali; in vulgus notum eſt.

κοσμήτορες] Nominat. et Accuſat. dual. κοσμή-
τορες

τωρ est a κοσμῶ, quod non solum est orno, co-
mo, sed 2. etiam ordino, et 3. impero, rego.
Qui enim regit, ordine cuncta tenet. Hinc κο-
μίτωρ imperans, princeps, dux.

χευσεῶ] Dux ultimæ syllabæ in scansione coa-
lescunt in unam per synizesin, σύζευξι, ἐπισυν-
αλοιφην, five συνεκφώνησι, Gr. M. 1126. Hæc
autem ultima syllaba longa est natura, sed fit bre-
vis ob sequentem vocalem Gr. M. 1074. Gr. H.
323. 324.

ἀνά] Ultima syllaba in ἀνά longa est positio-
ne, ob sequentes literas σκ. Gr. M. 1080.

κα] Brevis est. Nam αι et οι in fine vocis,
sequente etiam consona, nonnunquam corripuntur
Gr. M. 1075. Præsertim vero particulæ κα]
hoc accidit. Gr. H. p. 324.

ἀτρείδα] Syllabam ultimam habet longam.
Dualis enim primæ declinationis α finale habet
longum Gr. M. 1092.

λαῶν] Primam habet longam. Oxytona enim
substantiva disyllaba in ος purum penultimam ha-
bent longam Gr. H. 329.

Ad v. 17.

κα] brevem facit syllabam vide dicta ad v. 16.

ἄλλοι] Ultimam facit brevem, licet natura
longa sit, ob sequentem vocalem Gr. M. 1074.
Gr. H. 323.

εὐκνήμιδες] εὐκνήμιδες pro εὐ κνήμιδες per διαί-
ρεσιν, quam poetæ præsertim amant. εὐκνήμις
ὁ κα] ἢ bene ocreatus, pulcre ocreatus, pulcre ar-
matatus, armis conspicuus. Est a κνημῖς, ἴδος, ἢ
tibia-

tibiale, *ocrea*, quod ipsum est a κνήμη tibia. Unde proverbium τὰς κνημίδας τῆ κεφαλῇ περιθεῖναι *ocreas capiti adplicare*, quod de iis dicitur, qui præpostere aliquid faciunt. Erant autem κνημίδες sive *ocrea* militaris calceamenti genus ex aere, ad tibias a vulneribus obtegendas accommodatum. Hoc quidem loco ἐκκνήμεις videtur esse *armatus* per synecdochen speciei pro genere.

ἀχαιοὶ] Vide dicta ad v. 2. Compellat verò hoc versu Chryses et græcos universos, et Agamemnonem cum fratre Menelao, orditurque orationem.

Ad v. 18.

ὑμῖν] Pronomina ὑμεῖς et ὑμέτερος habent u longum. Gr. H. 333.

θεοὶ] Ultimam facit brevem, licet consona sequatur. Αἱ enim et οἱ in fine vocis, etiam tum, cum consona sequitur, corripuntur Gr. M. 1075. Gr. H. 324.

δοῖεν] Quamvis Grammaticæ halensis auctor optativum verborum in μι in plurali præsentis et aor. 2. formet in ημεν, ητε, ησαν: observant tamen auctores grammaticæ marchicæ p. 665, et quidem recte, dialecto quoque communi, et attica, tertiam personam pluralis optativi in ησαν alias formandam, formari in εν. Hinc pro δοῖεν est δοῖεν. Hoc autem Schrevelius in Lex. ex dialecto æolica et poetica esse dicit.

ὀλυμπια] ὀλυμπιος, ἰαον, ἰον, cælestis. Romani etiam olympius sæpe dicunt pro cælestis, græco-

græcorum morem imitati, sed sequioribus temporibus. Sic cum *Hadrianus*, itemque *Commodus*, *olympius* dicebatur, eo nomine *caelestis* uterque designebatur, quod docuit *Spanhemius* in immortalis opere: de usu et præstantia numismatum. Sic *Jovem olympium* vocabant romani, ut *Cicero* quæst. tusculanar. L. II. C. XVII. quamquam multi sint, qui *Jovem* non ab *olympo* i. e. cælo, sed vel a monte *olympo*, vel a magistro, sic cognominatum fuisse suspicentur. Ratio hujus adpellationis inde repetenda videtur, quod tam græci, quam romani, cælum dicerent *olympum*.

δῶματ'] δῶμα *domus*, quæ romanorum vox ab illa græcorum nonnullis repetenda videtur. δῶμα autem contracte, sive potius per syncopen dicitur pro δῶμημα, a δωμάω *exstruo*, *ædifico*, pro quo etiam dicitur δέμω, quod idem significat.

ἔχοντες] Deorum hæc sunt epitheta, ut dicantur ολύμπια δώματα ἔχοντες, vel ολύμπια δώματα ναίοντες *caelestes domus habentes*, vel *inhabitantes*. Sic *HESIODVS* de *Jove* dicit: ὅς ὑπέργατα δώματα ναίει.

Ad v. 19.

δοῖεν-ἐκπέρσαι] Sic quoque romani. *OVIVS* L. I. Eleg. 8.

Detur inoffensæ metam tibi tangere vitæ.

SENECA tragicus in *medea* act. I. v. 32.

Da, da, per auras curribus patriis vehi.

3. Stück,

Q

Quæse

Quare ut apud græcos διδόναι, sic apud romanos dare concedendi vim habet.

ἐκπέσαι] ἐκπέθω, evertō, diruo, destruo. Est a simplici πέθω privo, vasto.

πείαμοιο] Pro πείαμου jonice et poetice vulgo esse putant. Vid. Gr. H. p. 305. Cum vero mutatio & in οιο neque apud Herodotum, nec apud Hippocratem, nec apud alium quemquam, qui quidem dialecto jonica usus sit, reperitur; verisimilius est, eam ex alia esse dialecto. Portus hanc terminationem doricam esse contendit; Apollonius autem Alexandrinus eam διαίρεσιν Θεσσαλονικην esse existimat, Gr. M. 1148. Dialecto vero poetica hanc terminationem esse frequentior, nemo negaverit.

πείαμοιο πόλιν] Est Troja. Priamus erat Laomedontis regis trojani filius. Primo quidem vocabatur Podarces. Sed ab Hercule captus, auroque redemptus vocabatur Priamus a πείαμοιο. Hercules occidebat Laomedontem et Podarci, postea Priamo dicto, Trojæ regnum dedit. Eodem rege Troja capiebatur. Ipse Priamus matrimonio sibi junxerat Hecubam filiam Cissei sive Dymantis ut vult Hygin. fab. 91. ex eaque susceperat filios 19, auctore Homero, ex pellicibus vero 31. In istis Priami et Hecubæ filiis fuit Alexander, qui postea Paris vocatus, et belli trojani, rapta Helena, materia extitit. Hyginus fab. 91. Sed tota hac progenie, Troja capta, orbatus, cum ad aram confugisset, ipse quoque a Pyrrho filio Achillis occisus fuit Priamus. Vid. CICERO tusculan. L. I. c. 5. VIRGILIUS æneid. L. II.

L. II, 518. Quoniam vero *Priamus* erat rex Trojæ; *Priami urbs πόλις πριάμυς*, per metonymiam subjecti pro adjuncto, dicitur ipsa Troja, Sic etiam latini e. g. VIRGILIUS *æneid.* L. II. 54.

Trojaque nunc stares Priamique arx alta maneres,

πόλι] Ultima producitur, licet vocalis sit anceps, vel ob cæsuram Gr. H. 324. vel, ut factius est credere, ob concursum syllabarum brevium (ο πόλι) Gr. M. p. 1102.

οἰκαδ'] Per apostrophum pro οἰκαδε, quod adverbium est, et domum significat, pro quo doctores οἰκαδες, et poetæ οἰκόνδε dicunt.

ἰκέσθαι] Infinit. aor. 2. med. verbi ἰκέσθαι venio Gr. H. 179.

Ad v. 20.

παῖδα] παῖς et de filiis et de filiabus dicitur.

λύσατε] λύω priorem syllabam corripit in iis temporibus, quæ post υ habent σ. Gr. H. p. 332. Nonnus tamen priorem hanc syllabam in aliis etiam temporibus producit, cum alias brevis sit. *Buddæus* in Lex. dicit: λύω varias habet significationes; ex illis autem ea potissimum notanda est, qua *dimittere, liberum quem dimittere loslassen*, significat. Hæc enim huic loco adcommodata est. Denique illud quoque notandum est, λύσατε penultimam producere ob concursum syllabarum brevium.

τα δ'] δὲ apostrophatum h. l. non ἀντιθετικῶς sive adversative sumi, sed συμπλεκτικῶς sive copulative accipi, et idem, quod καί, esse videtur.

Q 2

Ad



Ad v. 21.

ἀζόμενοι] ἀζομαι cum spiritu aspero est *colo, revereor, timeo, veneror*. Dicitur etiam ἀζω eadem notione. Hinc ἀζητός *venerabilis, venerandus*. Sed ἀζομαι et ἀζω cum spiritu leni significat *ficcō, exsicco*, et in medio atque passivo *ficcōr, flaccesco, aresco*. Sic HENRICVS STEPHANVS in metaphrasi Psalmi I, 12, p. 17. fasciculi poemat. græcor.

— ἢ σείγιος ἀζει

non sirus (sive sol) torret.

Hiscæ autem verbis *Chryses* sibi græcorum animos conciliare studet, ne sibi noceant, utque filiam reddant, ejusque rationem repetit quoque a veneratione Apollini debita, cujus ipse sacerdos erat. Ob duplicem ζ, quæ itidem facit positionem, syllabam primam producit. Gr. M. 1080.

ἀπόλλωνος] Primam syllabam habet longam, auctoritate veterum poetarum, ut putat auctor Gr. H. p. 335. Sed forte peculiarem ejus rei rationem ex origine vocis eruemus. Sunt scilicet, qui Apollinem, ab a privativo et πολλοὶ cognominatum ferunt; quia cum sol sit, *sine multis* h. e. *solus* luceat. Quæ ultima originatio si vera sit, prima in ἀπόλλων ideo producitur, quia est a privativum Gr. H. p. 329.

Ad v. 22.

ἐνθ'] ἐνθα *ubi, quando*; sed 2. τότε *tunc*, ut h. l. Hinc scholia minora illud dicunt χροινιδὸν ἐπιρρημα adverbium temporale. Sed etiam τοπικόν

κὸν est sive locale, et illic, illuc significat. ἐνταῦθα autem est τοπικὸν ἐπιρρήμα adverbium loci, et hic, istuc, ibi, huc, eo, significat.

ἐπευθήμεσαν] ἐπευθήμεῶ et ἐπευθήμεζω est omni^o bono prosequor, bene ominor, salutem adprecor, 2. faveo, 3. laudo, probo, quam significationem ut huic loco convenire statuamus, facit scholiorum minorum auctoritas, quæ interpretantur μετ' εὐφημίας ἐβόησαν. Est autem ab ἐπὶ et εὐφημία bonum omen, favor, laus, commendatio. Nonnunquam ἐπευθήμεῶ tantumdem est, quod romanorum favere linguis, quod non solum silere, sed ea etiam loqui significat, quæ boni sunt ominis, et ad præsens institutum faciunt.

Ad v. 23.

αἰδεῖσθαι] reverendum; infinitivi enim sæpe numero cum accusativis conjuncti gerundia, et futurum participii expriment.

᾿ ἰεθῆα] ᾿ pro τὲ per apostrophum, et propter sequentem vocalem adspiratam.

ἀγλαὰ] ἀγλαός, ἀά, ὄν, et nonnunquam ἀγλαή in fæminino, splendidus, clarus, pulcher. Alii ab ἀγλη splendor, alii ab ἀγαν valde et λάω intueor, quoniam res splendida et pulchræ admiratione dignæ sunt, factum esse, existimant. Hinc ἀγλαία splendor, ἀγλαίζω illustro, ἀγλαισμός ornamentum, et multa alia.

δέχθαι] Infinit. præterit. pass. pro δεδέχθαι jonice, et poetice.

Ad v. 24.

ἠνδάνε] Imperfect. activi verbi ἀνδάνω *placeo*.
 θυμῶ] Primam habet longam, licet vocalis
 fit anceps. Gr. H. p. 333. θυμός hoc loco iram
 significat. θυμῶ i. e. διὰ τὸν θυμὸν *propter iram*.

Ad v. 25.

κακῶς] *inciviliter et contumeliose* h. l. significat.
 Vnde scholia minora interpretantur μεθ' ὕβρεως.

ἀφίει] 3. pers. imperf. act. verbi ἀφίημι. Hoc
 quidem imperfectum habet ἀφίην; pro quo tamen
 usitatus est ἀφίην, ab antiquo et obsoleto verbo
 ἀφίειω. Gr. M. p. 681.

κρατερόν] κρατερός per metathesin pro καρτε-
 ρός, quod est a κράτος sive κάρος *robur*. Est
 autem κρατερός et καρτερός non solum *robustus*,
 sed etiam 2. *vehemens*, 3. *patiens*, et 4. *minax*
 ut h. l.

ἐπὶ μῦθον ἔτελλε] pro ἐπέτελλε μῦθον per
 metathesin Gr. H. p. 542. μῦθον primam habet longam
 ob circumflexum Gr. M. 1085.

μῦθον] μῦθος *sermonem* denotat, ut h. l.
 2. *fabulam*. Alii a μύω *claudio* esse existimant,
 quia, dum loquimur, os subinde claudimus. Sed
 hæc originatio nimis contorta esse videtur. Magis
 igitur probatur eorum sententia, qui vocem
 hanc à μύω *doceo* repetunt.

ἐπὶ ἔτελλε] pro ἐπέτελλε. ἐπιτέλλω est præ-
 cipio, mando: ἐπέτελλε μῦθον, i. e. *allocutus est*
et mandavit.

Ad

Ad v. 26.

μη] Adverbium prohibendi h. l. propriam, i. e. prohibendi vim habet.

γέρον] Senex, quem adloquitur, est *Chryser*. Vocativus est a nominativo γέρων, οντος, senex. Nomina enim in ων et ως in vocativo ω mutant in ο. Gr. M. p. 318.

κοιλητιν] pro κοίλαις jonice et poetice Gr. M. p. 1151. Gr. H. p. 305. Naves vero *cava* vocantur, vel ob figuram, vel quia homines et merces continent,

νησι] jonice pro ναυσι. Gr. M. p. 354.

κιχέω] pro κιχέω jonice et poetice Gr. H. p. 296. Est autem κιχέω, pro quo etiam sæpe est κίχημι, vel κιχάω invenio, adsequor.

Ad v. 27.

δηθύνοντ'] δηθύνω *tardo, moror*. Est a δηθά, pro quo etiam est δηθάκις *diu*, et hoc ipsum est a δην *diu*, distinguendum vero est δηθά a δῆθεν *videlicet*.

ὑστερον] Proprie est *postremo, denique*; sed 2. est *postea*. Scholia minora interpretantur ἐκ δευτέρως, sed hoc magis significare videtur *rursus, denno*, quod hic exprimitur per αὐτις.

ιόντα] particip. aor. 2. verbi εἶμι *eo, venio*.

Ad v. 28.

μη-δ'] Dux istæ negationes fortius negant. Gr. M. p. 947. Gr. H. p. 240. μη δ' itaque h. l. est *minimo*.

vū] Particula expletiva et enclitica, poetis familiaris. Videtur esse a vūv, et *nunc* significare. Sed scholia minora per ἄν interpretantur, ut sit particula δυνητική sive *potentialis*.

τοί] pro σοί dorice Gr. M. 1181, Gr. H. p. 309.

χαρίσμη] Scilicet ἦ. Nam cum præcedat μή &, quod imperativo et conjunctivo gaudet, et non, nisi rarius, futurum indicativi, vel optativum, vel infinitivum adsciscit.

χαρίσμη σῆπτρον, καὶ σέμμα θεῶν] θεὸς hic intelligitur *Apollō*, quod ex orationis universæ contextu facile quisque intelligit. Quæritur itaque I. num *Apollini* sceptrum fuerit? Erant autem plures apud veteres dii dæque sceptrum gerentes, quos ideo σῆπτρέχες adpellare solebant. De *Jove* illud constat, cui sceptrum proprium et peculiare fuisse videtur. *Jupiter* enim deorum, hominumque rex habebatur. Sic etiam aliis diis deabusque scepra tributa fuisse, ex vetustis monumentis cognoscimus. *Apollini* vero aureum tribuit sceptrum ipse *HOMERUS* *Iliados* v. 33. Cujus causam hanc esse putant Philologi, quoniam *Apollini* sive soli aurum sacrum esse creditur. II. Illud quoque nobis dispiciendum est: num sacerdotes *Apollinis* sceptrum gestare soliti fuerint? Cujus disquisitionis usus in sequentibus patebit. Qua in re illud primum occurrit, sacerdotum apud græcos eum fuisse habitum, qui regum cultum æquiparet. Sed num sceptrum gesserint, ea de re in præsentī non erimus solliciti; cum id potius nobis agendum sit, ut exploremus,

remus, num sacerdotes *Apollinis* sceptrum gesserint, et quale illud fuerit? Sacerdotes itaque *Apollinis* solebant olim, cum sacra facerent, baculum seu virgam lauream gestare, quam ἰθὺς τήριον vocabant. Cujus rei auctor et testis est *HESYCHIVS*. Eaque ipsa in re imitabantur deum suum *Apollinem*, quem, cum oraculum occupaturus esset delphicum, lauri ramum dextra tenuisse ferunt. Hinc etiam non laurea solum corona redimitus, sed lauream etiam virgam dextra tenens, sinistra citharum gestans, tum in aliis nummis et marmoribus, tum in nummo trallianorum fingitur, quem exhibet *SPANHEMIVS* ad *Juliani* *Cæsares*, et in *Comment. ad Callimachum* p. 399. Eandem ob causam *δαφνηφόρος* quoque dictus fuit. *LAKEMACHER* in antiquit. Gr. sacr. p. 314. Eandem hanc virgam lauream *σῆπτρον* vocat *Aeschylus* in *Agamemnone* v. 12. 73. Quibus positis id consentaneum est, *sceptrum*, quibus uti solebant *Apollinis* sacerdotes, fuisse ramos, sive virgas laureas. Cum igitur *Chryses* sacerdos fuerit *Apollinis*, haud difficulter intelligitur, sceptrum et coronam, quam ipsi tribuit poeta, fuisse ramum, et coronam lauream. III. Restare illud videtur, ut disquiramus, cur *Chryses* *σῆπτρον καὶ στέμματα* etc. i. e. virgam et coronam lauream manibus prætulit, cum filiam a græcis iret recuperatum? Hujus autem plures una causa excitari possunt. Namque I. id prospicere debebat *Chryses*, ut a græcis tutus veniret. Verum sacerdotes olim erant inviolabiles, et grande nefas putabatur, sacerdotem contumelia adficere, vel occi-

dere. Eaque de causa sacerdotem se profitebatur *Apollinis Chryses*, sumta corona, et virga laurea, 2. *Chryses* imitatur orantium et concionantium consuetudinem, qui sceptrum olim manibus tenere solebant, quod observavit *Cael. Rhodiginus* lect. antiq. L. VII. c. 29. quemadmodum etiam legati sive oratores gestabant τὸ κηρύκειον sive *caduceum* sceptro non dissimilem. 3. gestabat σκήπτρον καὶ ἄσπεμα θεῶν, quia supplicabat græcis pro filia. Supplices enim tum apud græcos, tum apud romanos solebant sacra, i. e. res ad cultum et carimonias deorum pertinentes, præferre. Verum *Agamemnon* interminatur, nihil quidquam ipsi, si redire auderet, σκήπτρον καὶ ἄσπεμα profuturum. Quæ vox *Agamemnoni*, ut sævo et immani, tribuitur. Nefandum enim olim et inhumanum credebatur, supplices lædere, aut sacra deorum gestantes contumelia adficere, quæ quippe in ipsorum deorum contemptum redundare ducebatur.

σκήπτρον καὶ ἄσπεμα] Redire libet ad has voces. σκήπτρον etiam hastam possumus interpretari, sive scipionem. Regibus enim antiquissimis temporibus scipio, sive hasta erat pro sceptro. JUSTINVS L. XLIII, 3. Hinc noster *Iliad. a. v. 234.* sic describit sceptrum, per quod jurat *ACHILLES*, ut facile conjici possit, fuisse illud virgam ex arbore excisam. Quod ipsum quodammodo expressit *VIRGILIUS Aeneid. XII. v. 206.* Causa vero hujus consuetudinis inde repetenda videtur, quod antiquissima illa ætate hastas pro diis colerent. JUSTINVS l. c. Ex eodem J-

STINI

STINI loco discimus etiam, *hastas deorum simulacris fuisse additas*. Quæ cum ita sint, illum non plane a vero aberraturum existimem, qui hæc ita interpretetur, ut *Chrysen* hastam gessisse dicat. Sed per *σέμματα* etiam intelligere possumus *vittas*, et *insulas*, quibus sacerdotes induti esse solebant. Vittas enim *σέμματα* vocatas fuisse, et ex *ARISTOPHANIS* vespis ostendit *Anna Dacieria* in notis in *Callimachum*, et ex aliis locis patet. Quod si verum est, ut est certe, *Chryses* ideo *σέμματα* gessit, quia supplicabat græcis. Supplicum enim hic olim habitus erat, ut vittas induerent. Vnde *VIRGILIUS* *Aeneid.* L. VII. *supplices loquentes inducens* v. 237. ait:

Præferimus manibus vittas et verba precantum,

Ad v. 29.

τὴν] i. e. ταύτην. Articulus enim præpositivus sæpe vim habet prænominis demonstrativi. Vid. *POSSELI* *Syntax* p. 219. 230. Gr. M. p. 812. 813.

πρὶν] πρὶν et πρὶν ἢ *antequam*, infinitivo jungitur, qui latine in verbum finitum resolvendus est. Nonnunquam etiam cum indicativo constructitur. *POSSELI* *Syntax* p. 234. Hæc constructio hic obtinet.

μιν] i. e. αὐτὴν *ionice* et *dorice*. *Jones* enim pro ἔ et pro αὐτὸν, αὐτὴν, dicunt μιν, et *dores* pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτὸ dicunt μιν vel νιν Gr. M. p. 1166. 1187. Gr. H. p. 309. Accentum non habet quia particula est enclitica, quæ post oxytonon accentu vacat. Gr. M. p. 1004.

γῆρας]

γῆρας] γέρας τὸ; ατος, per syncopen γέρας, et per contractionem γέρας. Ionice et poetice γῆρας. Hoc tamen γῆρας dialecto etiam communi frequentatur. Alias γέρας quoque est *præmium*, *munus*, qua de significatione dicemus alias. Est vero γέρας vel γῆρας a γέρον *senex*. A γέρας vero vel γῆρας derivantur γηράω vel γηράσκω *senesco*, et γηραιός *senex*, γηραιά *anus*, *vetula*. Sed γηραιῶν *muneror honoris causa*, *honoro*.

ἔπεισω] 3. perf. sing. præsent. indicat, cum v. ἐφελκυστικῶ, verbi ἔπειμι *advenio*, *ingredior*, *succedo*, *subeo*, *invado* καταλαμβάνω; quæ ultima significatio huic loco maxime adcommo- data videtur, unde etiam scholia minora interpretantur καταλάβη πρὸν μιν καὶ γῆρας ἔπεισω, *antequam eam etiam senectus invadat*. ἔπειμι est ab εἶμι eo. In compositis enim verbi εἶμι accentus retrahitur in antepenultimam Gr. M. p. 1062.

Ad v. 30.

ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ] Pro ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. Quamvis enim articulus præpositivus pronomini- bus primitivis, demonstrativis, et relativis, non præfigatur, nisi forte ad majorem emphasin: idem tamen pronomini- bus derivativis, non secus ac nominibus adjectivis, præmitti potest. Præmit- tendus autem pronomini- bus derivativis est, cum eadem ipsa nomina præcedunt, quibus certum aliquod et definitum intelligendum et significan- dum est; et tunc *definitus*, *demonstrativus*, *emphaseos*, *discretionis*, *declarationis* cognominatur.

Gr. M.

Gr. M. p. 814. 815. In hac vero constructione, non ad pronomina derivativa, sed ad sequentia nomina refertur articulus. Jam hic pronomem est derivativum ἡμέτερος, et sequitur nomen οἶκος, certumque aliquod significatur, ἡμέτερος οἶκος. Articulus igitur definitus præcedere deberet ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. Sed articulus atticæ nonnunquam supprimitur. Hinc ἐν ἡμετέρῳ οἴκῳ pro ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. ἐνὶ vero poetice est pro ἐν, distinguendum a jonico ἐνὶ pro ἐνεσι, et dativo ἐνὶ ὑπὶ.

ἐν ἄργεϊ] τὸ ἄργος, eos, contr. ἀργῆς; latinis Argos neutro genere et singulari numero, in numero vero plurativo Argi, genere virili. Urbs erat argolidis in peloponneso, diversa illa ab Argo amphiloichico in acarnania. CELLARII Not. Orb. Ant. p. 889. Verum hoc loco non intelligitur Argos urbs. Non enim argis, sed mycenis, regia erat Agamemnonis sedes. Quæ cum ita sint, recte scholia minora ἄργος hic interpretantur peloponnesum. Peloponnesum enim ἄργος olim dictam, ex veterum scriptis constat, vid. CELLARII N. O. A. T. I. p. 948. Et cum mycenæ, ubi AGAMEMNONIS regia, in argolide, adeoque in peloponneso sitæ essent: domus AGAMEMNONIS dici poterat esse ἐν ἄργεϊ, quamvis non argis in urbe esset.

τηλόθι] τηλόθι procul idem quod τῆλε et τηλῆ; sed τηλόθεν e longinquo, eminus, longe. τηλόθι adjunctum habet genitivum, τηλόθι πάτρης. Hic casus eidem copulatur ideo, quia fit præpositio impropria. Adverbia enim præpositionum

tionum naturam habentia ordinarie adfciscunt genitivum. Gr. M. p. 935. Vel ellipsis est præpositionis subintelligendæ ἀπό, ut τηλόθι πάτρης fit pro τηλόθι ἀπό τῆς πάτρης.

πάτρης] πάτρην, ης jonice pro πάτρα, ας, πάτρα et πατρίς, ἴδος patria.

Ad v. 31.

ἰσὸν] ἰσὸς *maius navis παρὰ τῆ ἰσαοθαι*, quia erigitur et firmiter collocatur, ut nonnulli putant. 2. *tela*, *pensum* ut h. l. *Tela* enim et *pensum* in lanificio et nendo lino dicitur, quidquid texendum vel nendum adpenditur, unde etiam *penst* nomen ipsi hæsit. Hinc est *ἰσπεργέω*, quo ipso verbo scholia minora in interpretando hoc loco utuntur, *texo*.

ἐποιοχουμένην] ἐποίχομαι est ab ἐπὶ et ὀχομαι abeo, discedo, proficiscor, eo. Ipsum vero ἐποίχομαι est abeo, perambulo, adeo, 2. *perlustro*; 3. *impeto*; *invado*; 4. ἐποίχεσθαι ἔργον *opus percurrere, operi incumbere, sive operari*, pro quo etiam dicunt ὀχεσθαι ἐπὶ ἔργον. Hinc manavit 5. ea significatio, qua ἰσὸν ἐποίχεσθαι est *texere, vel nere, telam percurrere*, quod est apud VIRGILIUM Georg. L. I. 294.

Arguto conjux percurrit pectine telas.

ἰσὸν ἐποιοχουμένην] *Tela* et *fusi*, hoc est, lanificii, et universæ textrixæ, nectrinæque summum erat in mulieribus apud græcos olim atque romanos studium. Non solum enim ancillæ, sed virgines etiam ingenuæ atque nobiles, adeoque matronæ

trona eodem tenebantur. Sic HOMERVS ipse fingit *Penelopen*, maritam *Vlyffis*, sedentem et telam texentem, lanamque tractantem *Odyff. β*, v. 95. Apud romanos matronæ in atrio sedebant, cum ancillis, lanificii studio deditæ. Et ipse *Augustus* auctore SVETONIO in *Aug.* non temere alia, quam domestica veste usus est, ab uxore et sore, et filia, neptibusque confecta. ALEXANDER ab ALEXANDRO genial. diæ. L. IV. c. VIII. Cæterum colus, et omne lanificium, atque textrina *Palladis* sive *Minervæ* inventum credebatur. OVIDIVS L. VI. *Metamorph.* v. 5.

λέχος] τὸ λέχος *lectus*, *cubile*. Sunt, qui cum SCHREVELIO a λέγω et λέγομαι *cubare* facio, *cubo*, repetant. Sed error hic est decumanus, cum non λέγω, sed λέχω sit *dormire*, vel *cubare* facio, non λέγομαι, sed λέχομαι *dormio*, *cubo*. Est itaque λέχος 1. *cubile*; qua notione etiam *cubilia vulturum* dicuntur λέχη ab AESCHYLO *agamemnone* v. 50. et *nidi avium* ab eodem sic dicuntur in septem cubibus adversus thebas v. 298. Et quemadmodum eadem vox 2. de *lecto* usurpatur, et a poeta nostro h. l. et ab aliis alibi; sic etiam *lectus puerperæ* dicitur λέχος. SPANHEMIVS ad Callimach p. 9. Hinc apud HESYCHIVM ἡ λέχω quæ recens peperit *puerpera*, pro quo tamen SPANHEMIVS l. c. legendum censet λέχωϊς. λέχωϊς vero *puerpera* appellatur a CALLIMACHO hymno in Dianam v. 127. et hymno in delum v. 56. et 124. Ab eadem origine est λέχωϊον *puerperium*, item λέχωϊα δῶρα, *donæ quæ puerperis dantur*. Pro λέχωϊον alias est λέχωων,


χωων,

χων, unde λοχεῖα puerperarum purgamenta, et λοχεύειν et λοχεύεσθαι, quod tam de partu mulierum, quam de sœtura animalium, et de germinatione florum atque plantarum usurpatur. Hinc ἄλοχος υxor, ex α conjunctivo, pro ἄμα, et λέχος quæ lecti est particeps, tori socia. Sed nunquam α in ἄλοχος est ερητικόν sive privativum; veluti cum ἄλοχος apud PLATONEM dicitur, virgo, quæ virum experta nondum est.

ἀντιώσαν] ἀντιώσαν pro ἀντιῶσαν, per dialysin jonicam, et poetice. Jones enim diphthongum et vocalem longam mutant in duas syllabas, quæ ipsa est dialysis jonica. Poetæ vero hac in re jones æmulantes, vocalem mutant in duas vocales ejusdem soni sed diversæ quantitatis, Gr. M. 1216. Et observavit ALEXANDER SCOTVS in Gram. p. 220. poetas in verbis in ἄω, si contractio facta fuerit in ω, et vocalis præcedens fuerit brevis, ο μικρόν inferere. Hinc in verbo ἀντιῶ, cujus participium præsentis fœminini generis est ἀντιῶσα, et contracte ἀντιῶσα, retracto accentu est ἀντιώσα. ἀντιῶω autem, pro quo sæpius etiam dicitur ἀντιῶωω et ἀντιῶω, est ab ἀντι contra, adversus, et significat 1. proprie occurro, obflo; 2. adversor; 3. propitius fio; 4. quaeso, oro, supplico; 5. adjuvo, adjuvandi causa occurro; 6. intersum, particeps sum. Sed quid est λέχος ἀντιώσα? Significatio hujus verbi quintâ et sexta huic loco accommodata esse videtur, ut ἀντιῶν hoc loco sit juvare lectum, ejusque participem esse. Huic sententiæ accedit scholiorum minorum auctoritas, quæ hanc phrasin interpretantur: *lectum meum*

meum iuvantem ejusque participem futuram. *Ju-
vare vero lectum est eundem instruere et sternere.*

Scilicet AGAMEMNON ancilla et concubina uti
volebat Chryseide. Non vero solum ancillarum,
sed ipsarum etiam uxorum erat officium, lectum
sternere, auctore HIEROCLE in œconomico apud
STOBAEVUM sermone 83. Et concubinæ æque,
atque uxores, lecti maritorum erant participes.



II.

IN PROLOGVM

TERENTII ANDRIÆ

PRAEMISSVM.

Poeta quum primum animum ad scriben-
dum adpulit.

Quum primum] als zum ersten male.
*Tursellinus p. 181. Edita est tota græca
M. Marcello et L. Sulpitio Coss.* Nec
græce scripta, nec græce unquam acta fuit hæc
fabula; sed is potius hujus formulæ est significa-
tus, nihil in hac comœdia esse romanis moribus
conueniens, sed græcis potius omnia adcommo-
data, græcis quoque vestimentis usos comœdos,
græcisque nominibus dictas personas. Vid. *Anna
Dacieria* in not. ad h. l. *Edere* hic est idem quod
agere. Quemadmodum enim romani dicebant
ludos edere, sic etiam *fabulam comœdiam edere*

3. Stück.

R

apud



apud ipsos non est insolens. Quidquid vero publice apud Romanos fiebat, illud omne consulum fiebat auspiciis. Vnde consulum etiam nomina omnibus negotiis publicis præscribebantur. Porro a consulibus tempus designabatur, eorumque nominibus annus, quo consulatu fungebantur, notabatur. Forte igitur eo consilio inscriptioni *Andriæ* adjecta *Coss.* nomina, ut annus designaretur, quo hæc fabula acta. *Modos fecit Flaccus Claudii filius, tibiis paribus, dextris et sinistris.* *Modus* h. l. musicum est vocabulum. Græci vocant *ῥόμος*. Est autem *modus*, sive *ῥόμος* apud musicos lex quædam canendi, eine **Singear**t. *Modus facere* est nihil aliud, quam legem canendi præscribere, quod nos italorum voce atque formula *compositionem* vocare solemus. Ab hoc differebat *modos canere*, h. e. secundum leges canere, vel voce, vel tibiis fidibusque. Veteres rei musicæ scriptores, cum notis suis illustratos, edidit *Marcus Meibomius* Amstel. 1652. De *tibiis paribus dextris et sinistris* ingens est criticorum disputatio. Ex innumeris autem sententiis, quas hac de re eruditi fovent, ea nobis maxime probatur, quam dixit *Anna Dacieria*. Canebant nimirum in comædiis duabus tibiis simul, quæ superius ita conjunctæ erant, ut unum tantum ostium, quod spiritum tibicinis exciperet, haberent. Figuram exhibet *Salomo van Till in der Dicht. Sing. und Spielkunst*, p. 74. Illa tibia, quam dextra tibicinis regebat, vocabatur *tibia dextra*, ea vero, quam manus sinistra tibicinis

cinis tangebatur, vocabatur *sinistra*. Tibia dextra habebat tantum pauca foramina, adeoque reddebat *sonum gravem et subtristem*; sinistra autem tibia habebat foramina plura, unde ejus sonus quoque erat *acutus* atque *hilaris*. Quare in ludis comicis, qui essent hilariores, tibiæ dextræ atque sinistræ erant soni hilarioris atque acutioris; in ludis autem severioribus, vel tristioribus carebant tibiis dextris atque sinistris, sonum gravio-rem atque subtristem habentibus. Sic tibi- cines canebant tibiis eundem sonum habentibus, veluti duabus dextris vel duabus sinistris: dice- bantur canere tibiis paribus dextris, vel tibiis pa- ribus sinistris. Vnde evidens est, *tibias pares dextras* fuisse duas tibias conjunctas, quarum utraque pauciora habebat foramina, eaque de re sonum fundebat gravem. Tibiæ pares dextræ vocantur etiam *tibiæ hydiæ*. Tibiæ autem *pares sinistra* erant duæ tibiæ conjunctæ, quarum utra- que plura habebat foramina, eamque ob causam sonum acutiorem et hilario-rem reddebat. Tibiæ pares sinistra vocabantur etiam *tibiæ tyriæ* vel *sarranæ*. Si autem tibi- cines canebant tibia altera dextra altera sinistra, *tibiis imparibus dextris et sinistris* canere dicebantur. Vnde conjici potest, *tibias impares dextras et sinistras* fuisse duas tibias conjunctas, quarum altera erat dextra, altera si- nistra. Tibiæ impares, dextræ et sinistra, ad- hibebantur in ejusmodi fabulis, quarum argumen- tum, gravitatem cum hilaritate atque joci con- junctam referebat. Dicitur hæc *andria* acta esse

R 2

modos



modos faciente *Flacco Claudii filio tibiis paribus dextris et sinistris*, non autem tibiis imparibus dextris et sinistris. Atque hæc ita intelligenda censemus. Fabula hæc acta est *ludis megalensibus*; adeoque in *sacris magnæ matris deum*; ideoque eidem conveniebant *tibiæ dextræ* gravem sonum spirantes: eadem tamen multos habebat sales, multasque facetias; quam ob rem ipsi conveniebant *tibiæ sinistræ*.

Animum ad scribendum adpulis.] Animum adpellere ad aliquid, sich worauf legen. Cæterum *adpellere* etiam est anländen, et adpellitur de navi dicitur, *adpellit* vero de homine, et de vento, nec non de aliis animatis. In formula *adpellit* omisam intellige vocem, *navem*. *Homo* autem non solum dicitur *adpellere* et *adpulisse*, sed *adpellere* etiam et *adpulisse* *nave* et *classè*, nec non *adpelli* et *adpulsus* esse.

Id sibi negotii credidit solum dari.

Id-negotii] Eleganter pro *illud negotium*. *Id mihi negotii datum est*; das liegt mir zu thun ob, darauf muß ich sehen.

Verum aliter evenire multo intelligit; nam in prologis scribundis operam abutitur.

Aliter evenire multo] Multo aliter evenit, es läuft ganz anders.

Operam abutitur] Archaice, i. e. operam male collocat. *Vti* atque *abuti* nonnunquam accu-

accusativo junguntur. Vid. SANCTII Minerv. L. III. c. III. p. 284. GRAMM. MARCH. p. 603. Apud comicos præsertim hæc verba et similia accusativo junguntur. 2. *abuti* non solum est male aliqua re *uti*, sed *bonum* etiam *usum* significat. Cum igitur hoc verbum sit ἐκ τῶν μέσων, eadem ejus vis est, quæ primitivi *uti*. Conf. BANGII observat. p. 1054.

Non qui argumentum narret, sed qui malevoli veteris poetæ maledictis respondeat.

Non qui - sed qui] *Qui* h. l. *ut* eleganter. Vid. TURSELL. p. 857.

Veteris poetæ] Videtur ille esse LUSCIVS LANVINVS, sic enim legendum esse in illo DONATI loco, quo hunc poetam nominat, non LVCIVS LAVINIVS, observavit DACIERIA ad h. l.

Maledictis] *Maledictum*, eine Lästerung, Scheltwort, cui opponitur *benedictum*, ein gutes Wort. Vtrumque probum et latinum; de verbis autem, ex quibus facta sunt hæc vocabula, non idem dici potest. Licet enim *maledicere* alicui pro *vituperare*, *calumniari* latinum sit: *benedicere* tamen alicui, sive bene precari alicui, einen segnen, sive *laudare* significet, vel *ebraismus* est, vel *græcismus*. *Benedicere* aliquem autem est tantum quantum *græcum* illud εὐλογεῖν τινα.



Respondere] Est verbum juris. CICERO in Verrem: *citatus Pacilius, nescio quo casu non respondeat. ἐγκαλεῖν* græcis est in jus vocare, et ἀπολογήσασθαι defendere, causam dicere.

Nunc, quam rem vitio dent, quæso, animum advortite.

Vitio dent] vitio dare alicui aliquid, etwas an einen tadlen, einen etwas verdenken.

Animum advortite] Advortite pro advertite per archaismum. Veteres enim dicebant vorto pro vorto. Animum advertere, Achtung geben; sic etiam dicunt, oculos, aures advertere, die Ohren und Augen auf etwas wenden. Dicitur simpliciter, et jungitur etiam præpositioni ad sequente accusativo, quem illa regit,

Menander fecit Andriam et Perinthiam.

Menander] Poeta comicus atheniensis, quem imitatus est TERENTIUS.

Andriam] Nomen est comædiæ, quam scripsit Menander, dicta a virgine quadam ex insula Andro, una cycladum, oriunda.

Perinthiam] Idem nomen est comædiæ, quam scripsit MENANDER. Sicit in eadem poeta virginem Perintho (quæ est thraciæ urbs in littore propontidis, postea heraclea dicta) oriundam.

Quæ

Quæ convenere, in Andriam ex Perinthia fatetur transtulisse, atque usum pro suis.

Convenere in Andriam] Quoties verbi *convenire* ea est notio, ut exprimat nostrum illud *sich schicken*, toties jungitur vel *dativo*, vel *præpositioni in* sequente *accusativo*. Est tamen inter utramque loquendi formam quædam differentia. Si enim *convenire* significat, *sich vor etwas schicken*, *decere*, dativum adsciscit; sin autem denotat, *sich auf etwas schicken*, *quadrare*, postulat præpositionem *in* cum *accusativo* suo. Sic dicimus, *hoc convenit auribus castis*, *das schickt sich vor keusche Ohren*, non autem *in aures castas*; sed recte dixeris, *hæc suspicio in eum convenit*, *der Verdacht fällt auf ihn*.

Fatetur (scil. Poeta se) transtulisse.] Dicit nimirum ille, cui prologi partes demandata, poetam TERENTIUM sponte fateri, ex Perinthia sese transtulisse, quæ convenerint in Andriam.

Vsum pro suis] aliqua re pro sua uti, *etwas als das Seinige brauchen*. *Pro* in hac locutione valet *vice*. TURSSELL. p. 764.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant, contaminari non decere fabulas;

In eo disputant] *disputare in aliqua re*, *wo für streiten*, *etwas behaupten*. Videtur in h. l. idem denotare, quod alias *pro*.

Contaminare.] *Contaminare* est a *contango*, pro quo dicunt *contingo*. A *contango* est *contagimen*, hinc *contamen*, et inde denique *contaminare*. Proprie itaque una res alteram dicitur *contaminare*, quando eandem contingit, hoc est, quando utraque *conjungitur*, *miscetur*, *confunditur*. Qua ex re patet, eam esse verbi *contaminare* originariam atque propriam significationem, ut *confundere* et *miscere* significet. Et hæc significatio h.l. obtinet. Sic græci etiam dicunt *μιάθειν* pro *μυγνύειν* *miscere*, *μιάθωσις* pro *μύξις* *mistio*, nec non *Φθείγειν* pro *μυγνύειν*, unde *Φθορά* omnia illa condimenta vocantur, quæ ex variarum rerum commistione fiunt.

Faciunt næ intelligendo.

Faciunt næ] *Dacieria* rescribendum putat *ne*, quod sit e græco *νή*. *Næ* enim a græco *να* junctum semper habere aliquod pronomen.

Quos hic noster authores habet.

Authores.] *Audorem* ab *augeri* dici, constans est veterum grammaticorum sententia; licet *Vossius* de analogia eum ab *aveo*, ejusque supino inusitato *avitum*, unde *audum* dictum putet, quam tamen sententiam postea in *Etymol.* mutavit. Nos autem in præsentī non tam de origine, quam de significatione vocis erimus solliciti. Est nimirum auctor 1. qui primus aliquid reperit, atque instituit; 2. ille, cujus exemplo, contilio, suasu aliquid fit, ein Rathgeber, Vorgänger, ut


ut h. l. 3. iudex atque testis; 4. num pro scri-
ptore dicatur *auctor*, id dubium adhuc est.

Quorum æmulari exoptat negligenti-
tiam potius, quam istorum obscu-
ram diligentiam.

Exoptare est valde optare. *Negligentia* est
h. l. *licentia* quædam vel potius *libertas*, tam in
stilo, quam in argumenti dispositione conspicua,
quæ a regulis nonnunquam et decore discedit.
Quid sit *diligentia*? in plano est. *Obscurum* au-
tem h. l. duplici potest accipi significatione, nam
vel ejusmodi notat *diligentiam* nimiam, quæ rem
ipsam obscurat, vel eam quæ non laudatur.

Ecquid spei sit reliquum posthac quas
faciet de integro comædias, spe-
ctandæ, an exigendæ sint vobis
prius.

Ecquid spei sit reliquum: Hoc est, quid
expectare debeatis a Poeta TERENTIO. Vt
enim sperare ἐκ τῶν μέσων est, et tam in bonam
quam in malam partem accipitur, ut patet ex
phrasi *sperare dolorem*: sic *spes* etiam quamlibet
expectationem significat. *De integro, von
neuen, abermals.* TURSELLINUS p. 199.
200. *Exigere* hoc loco est *explodere, rejicere*.
Fabulæ enim et comædiæ si probarentur, *flare*,
sin minus, *cadere et exigi* dicebantur.



III.

SUPPLEMENTA

AD

 LEXICON MANVALE
 HEBRAICVM ET CHALDAICVM

S. R.

IO. SIMONIS.

Ad lit. י.

§. L.

Ad vocem דישון p. 208. notari velim, pro
 ejus origine aliam statui oportuisse radicem,
 a radice שרר triturare, diversam. Celeberrimus
 quidem Auctor *Lexici* adducit arabicum רות *ti-*
midus fuit, et præ timiditate fugit, unde רות ה
fuga. Sed oblitus eram in *Symbol.* meis ad *Sy-*
stem. Philol. Hebr. radicis רהס *ex nigro rubuit;*
 unde ארהס *capra ex nigro rubens, qualis in ori-*
ente damæ coloris esse videntur, et רהש obsu-
puit, ni fallor, terrore; ex quibus vox nostra
 æque formata esse potuit, atque ex רות, modo
 observetur ה mobile secundæ radicalis in *vau* vel
jod quiescens abire posse.

§. LI.

Pronomen יי p. 210, quatenus genitivum præ-
 cedit, ut in שמה יי אלה sæpenumero ante se
 ex

ex syriasmō nomen *regens* habet in statu absoluto, sæpe etiam cum suffixo se ad *rectum* referente, ita ut suffixum illud nomen *rectum* et in genitivo ponendum antevertat, et sic *πλεονάζειν* videatur, ut adeo formula illa vertenda sit *nomen ejus scilicet Dei*.

§. LII.

P. 212. רכר. Quatenus hoc nomen chald. *marem*, sive hominis, sive pecudis significat, quamquam dici possit, ortum trahere ex hebr. זכר, ו in ר mutato, tamen id etiam ex arabis רכר masculini generis fuit, illustrari potest, ut significet masculini generis factum, ist est, *marem* in suo genere.

§. LIII.

רה p. 213. Cur Proverb. XXVI, 7. in Imper. רלוי omissum sit *dages forte* characteristicum, ejus rei ratio patet ex eo, quod illud quasi per tertiam radicalem (י) pro ו assumptam compensari videtur, et *dages forte* post se ἀμέσως vocalem requirit.

§. LIV.

Ad radicem רשא p. 223. confero arabica רנה *radices egit*, unde רנה *radices, primæ origines*, רנה *mollis et ex nigro rubra fuit terra*, in qua *radices germinum et herbarum primum natæ concipi possunt*, sec. et tert. rad. transpos. Hinc Joel II, 22. verti potest: *quia radices conceperunt pascua deserti*, et Gen. I, 11. *radices concipiat terra*,



terra, radices inquam, herbæ spargentis semen, et arboris fructiferæ facientis fructum. **נשן** radix, et quod ex ea primum propullulat, et tenerum ac molle est.

Lit. **ן**.

§. LV.

P. 232. **נשן** Nomen singularissimum veri Dei, a LXX per *νόσιος* plerumque redditum, quum nescirent, quomodo rotunde satis illud exprimerent. *Aeterni* significatio, ex omni parte, qua aternitas perfecta et absoluta concipi humana mente potest, ad illud omnium optime quadrat, quandoquidem forma ejus, sui similem in Hebraismo non habens, triplex tempus includit, ut celeberr. Auctor eleganter observat, *futurum* præformante *jod* schuato, *præsens* *cholem* **ן** medium animante, *præteritum* autem *Kamez* ante tertiam radicalem **ן** sub **ל** posito, ut designet *ens* semper et absolute *futurum*, nec unquam esse desitutum, semper *ante tempus* et rerum creatarum durationem *existens*, et in *præsenti* tempore idem manens: quod nunquam esse, seu existere coepit, nec existere desinet. Quatenus autem formam conjugationis *Piel* spirat, significare potest *existentiæ largitorem* seu *datores essentiæ*, vel nomine barbaro *essentiatores*; græcis *ὁ δόσις* *νοσος*, ab *δόςισ* *essentiam do*. Unde cognoscitur, id nominis nulli rei creatæ tribui posse, sed vero deo proprium manere. Puncta sua cum voce **נשן** com-

communia habet, unde factum, ut quoties occurrit, a Judæis et parte quadam Christianorum, אֲדֹנָי legatur, accedente Judæorum superstitione, nefas ducentium, illud ab hominibus pronuntiarī. Hic etiam accedentibus præfixis ab initio *pathach* sub iis adsumitur, *jod* primo *sehua* suum mobile abjiciente, nec tamen, cum in *pathach* quiescere nequeat, pronuntiando, ut יהוה legendum sit Jerem. VIII, 17. *hahovah*, יהוה Ps. XVI, 2. *lahovah* et sic ביהוה *bahovah*. Quando autem cum אֲדֹנָי occurrit præcedente, puncta vocis אֱלֹהִים pluralis adsumit יהוה et quum illud in divina natura, seu mente, pluralitatem inferat, eo ostenditur, nomen illud יהוה pluribus illis commune esse. Præterea quoque id peculiare habet, quod nunquam in statu constructo occurrat, licet in regimine cum voce sequente existare videatur; hinc יהוה צבאות *Jehova exercituum* frequenter occurrit, voce יהוה in absoluto statu manente, licet cum voce sequente in regimine ponatur. Hinc philologi recte censent, vocem אֱלֹהִים præmittendam esse voci צבאות, ut sensus sit *Jehovah Deus exercituum*: quod illa vox statum constructum admittat. Quod autem ad Deut. XXXII, 6. attinet, ubi legitur יהוה יהוה; vera videtur harum vocum distincta lectio. Si autem ex duabus vocibus una confletur, mirum non est, singulare quid inde oriri,

Lit.



Lit. i.

§. LVI.

P. 253. **רַחַב** Radix inusitata. Videtur significasse quod arabicum **رَحَبٌ** *terruit, terrendo coegit, it. improbus, malignus fuit*, unde lat. *savus, saevit*. Cui cogn. **רָוַב** *excursionem fecit rapiendi causa*, et **רָוַב** *huc illuc vagatus est*. Inde **רַחַב** *canis silvestris, lupus suo conspectu pecora terrens, et in unum agmen cogens, indole malignus et improbus, ad rapiendum excurrens, et huc illuc vagans*, coll. Job. X, 14. Ezech XXII, 20. Hab. I, 8. Gen. XLIX, 27. **זְכוּב** *musca*, huc illuc volitans, et certis sedibus non subsistens Es. VII, 18. Eccl. X, 1.

§. LVII.

P. 254. **זָכַח** *Fugulavit, discidit jugulum, vel in usum profanum maculavit, vel sacrum sacrificavit, ut apud Arabes זָכַח*.

§. LVIII.

P. 256. **רָוַב** Radix inusitata, cujus notionem pandit arabicum **رَوَّبٌ** *rubore coepit, rubuit, nituit, pulcher fuit*. Unde **רָוַב** nomen mensis, quo aperitur rubor, *nitor, splendor* florum arboreorum, pro **רָוַב** secunda radicali expirante, et tertia **רָוַב** in **רָוַב** abeunte, I Reg. VI, 1. VI, 37. **רָוַב** *nitor, rubor faciei*. Nomen chald. Dan. II, 31. IV, 33. V, 6. VII, 28. *Rubor faciei mutari dicitur, cum in pallorem vertitur. Ponitur pro רָוַב* contra-
ete

ete ויִּי *jod* manente, ut discrimen sit a voce præcedente וי.

§. LIX.

P. 260. וּזְנִיָּה Pro diversa ratione materiae puto, hanc vocem, vel *mulierem* hospites excipientem et *cibantem*, vel *meretricem* significare posse. Utraque notio nomine græco *πόρνη* exprimi solita a LXX, si eam a themate *πέριναμας* *vendo* deducas, et hoc de cujuslibet rei *venditione* intelligas. Priori sensu sumi potest Es. VI, 17. 22. 25. et Jud. XVI, 1. posteriori 1 Reg. XXII, 8. et alibi, quamquam hoc loco per ornamenta וזכרה explicem.

§. LX.

P. 262. מִזַּר Hoc nomen potest etiam videri esse formæ מִזְכֵּר, ut: מִזַּר sit radicale, ex radice inusitata מִזַּר arab. מִזַּר *disperfit*.

Lit. ח.

§. LXL

Voci חלחלה p. 295. præmittenda erat, vox חִילָה Job. VI, 10. quam per *γαιελαμα*, *ferociam* cum SCHVLTIENSIO transfero, cum equus pedibus celeriter currens, et ferociens, solet præ *ferocia* בחילה terram pedibus concutere, ab arab. חיל *ferociit*, unde חילה *ferocia*.

§. LXII.

§. LXII.

Ad radicem **רור** p. 295. in *Symbol.* nostris jam observavimus, eam *nigredinem* designare, non quamcunque, sed ex *adustione* ignis effectam. Inde **רור** *fuscus et nigricans*, quasi ex adustione prævia, metonymice seu metaphoricè id quod colori isti simile est, eumque imitatur, licet ignis adustio non præcesserit. Sic de *ovibus* et *capris* usurpatur. Gen. XXX, 32 - 35. 40. Sicut vero præcedens radix in hebraismo videretur esse secundæ quiescentis, arabismus ostendit esse sec. geminatæ, ut ex ejus radice **רור** a nobis allata palam est; ita radix **רור** apud Hebræos inusitata revera secundæ quiescentis est, quod arabismus ostendit radice **רור** *circumlatus, circumductus fuit, obivit salebrosa loca, et רור operuit locum superne.* Hinc **רור** *murus, urbi circumductus, et mania*, quatenus posterior vox significat etiam *testa ædium*, loc. cit. Dubitari autem possit an *Jerem. I, 18.* **רור** singulare sit, licet de singulari persona prædicetur, et vox singularis præcedat.

§. LXIII.

רור p. 302. Nomen actuale et verbale a præced. **רור** per motionem formatum, sicut **רור** a præced. **רור** eodem modo. Illud tamen *corroborationem* per constrictionem, dicit; hoc ejus effectum in exercitio se exerentem, i. e. *vim et vehementiam*, vid. loc. citata.

§. LXIV.

§. LXIV.

רור Hæc radix præmittenda est תו רור pag. 302. apud Chaldæos rediit, apud Arabes *angustis oculis fuit*. Quod posterius, cum omni generi porcino proprium sit, et ad ejus naturam pertineat, malo priori præferre. Accedit apud Arabes, ex hac radice hanc notionem habente deduci רור, inserto per epenthesin ך pro ipsorum more.

§. LXV.

Sub radice נטן ad nomina inde p. 303. formata notetur 1. נטן designare *erratum, aberrationem a scopo*, a norma præscripta, quoniam ex Conjug. Kal formatum est. Lev. XIX, 17. Deut. XV, 9. 2. נטן idem significare Eccles. X, 4. pro quo chaldaice dici נטן tertia radicali N in ן et hoc in *jod* mobile mutato, retenta vocali *kamez* Dan. IV, 24. 3. נטן *actum peccaminosum, seu peccatum*, quatenus in actu et statu consideratur, denotare, Gen. XX, 9. Pl. XXXII, 1. metonymice *sacrificium piaculare* Pl. XL, 7. 4. נטן ex Conjug. Piel formatum designare *proæreticum peccatorem*, quem in scholis *habitualem* vocant, græce *ἀμαρτωλόν*. Unde form. per motionem הנטן *peccatrix voluntaria* Amos. IX, 8. 5. הנטן *peccatum proæreticum, voluntarium, habituale*, actio peccaminosa a sciente et volente patrata Exod. XXXIV, 7. Ef. V, 18. metonymice *sacrificium* pro ejusmodi peccato Exod. XXX, 10. Hof. IV, 8.

3. Strick,

S

§. LXVI.

§. LXVI.

P. 305. אָרָח Ut apud Arabes אָרָח *abripuit*,
et *raptum asportavit* Jud. XXI, 21. Pl. X, 9.

§. LXVII.

P. 311. אָרָח *aroma pingue*. Mihi placet
quod IOANNES ab HAM in Tract. de ara interiore
p. 57. et 75. de hac voce commentatus est, cum
cujus cogitatis convenit celeberr. *Auct.* compo-
sitione, quam de ea instituit.

§. LXVIII.

P. 312. אָרָח Si *atterendi notio*, ex ar. אָרָח
huic radici tribuatur, ad ductum Celeberr. *Aucto-*
ris, primarius morbi effectus exprimitur in con-
sumptione et labefactione virium corporis positus,
Sed apud Arabes אָרָח etiam est, *ornavit se mu-*
lier. Inde אָרָח *morbus*, et corporis et animi,
Prioris mentio occurrit 2 Reg. 1, 2. Deut. XXVIII,
61. Posterioris Deut. VII, 15. Eccles. V, 16.
VI, 2. *Speciatim passio morbida*, ex Conjug. אָרָח
apud veteres Hebræos quoque usitata. אָרָח
autem notionem *instrumenti* habet, quo morbida
passio efficitur, complectens omnes morbi cau-
sas 2 Chron. XXI, 15.

§. LXIX.

P. 323. אָרָח Radix inusitata, cujus notio petitur
ex æthiopico אָרָח *adfinitatem* per filium filiamque
contraxit, *generum adsumsit elocata ipsi filia*, vel
nurum ascivit, vel arabico אָרָח *immunis* fuit a
por-

portando onere. Unde **סוּחַ** pro **סוּחַ** *socher*, qui genero vel nuru adscitis adfinitatem contraxit, vel immunis est ab onere curarum domesticarum in eos devoluto. Alioquin dicitur ab illa adfinitatis contradictione **סוּחַ** Exod. XVIII, 1. 2. ar. **אִמִּי** *amicus* addictus fuit cui.

§. LXX.

Ad vocem **שׁוּחַ** p. 329. addi velim, Aethiopicibus **סוּחַ** ideo dici videri *matricem*, quod corporis femineae quinta pars, a capite ad pedes numerando sit. Si enim caput pro prima ejus parte accipias, collum et cervicem pro altera, pectus pro tertia, ventrem pro quarta, relinquitur abdomen, et ei vicina vel inclusa pro quinta parte accipienda esse. Per metonymiam igitur inguen, vel virile, vel femineum designat, speciatim hujus *matricem*, illius *omasum* seu *abdomen*, quod quadrat ad 2 Sam. II, 23. XX, 10.

§. LXXI.

Cum ad radicem **שׁוּחַ** p. 342. *pervestigandi* notione insignitam, in *symbol. nostris ad systema philol. Hebraeor.* P. I. p. 229. notaverimus, eam etiam *capiendi* notione pollere ex arab. **سُوْح**, inde intelligitur, illo significato antecedens, hoc autem consequens exprimi, adeoque praeignantem habere significatum. Significat autem *antecedens* Gen. XXXI, 35. sine *consequente*.

§. LXXII.

Ad radicem חצב p. 343. notari velim, latinos dicere *cedere sermonem cum quo*; quo significatu etiam חצבתי Hof. VI, 5. pollere possit.

§. LXXIII.

חצה *ibidem*. Hæc radix sui illustrationem petit ex arabica radice حز partes fecit, et cuique suam tribuit. Apud Hebræos autem significat plerumque *bipartitus est*, et in duas æquales partes dividit. Sed Es. XXX, 28. verbum חצה videtur non *dividendi* significatu pollere, sed *prævalendi*, et *victoria potiundi*, ex significatione radice arabicæ حز *victoria potitus est*, *prævaluit*. Unde sensum illius commatis ita verterim: *et spiritus ejus sicuti torrens inundans usque ad collum prævalebit*. Aquæ enim et torrentes dicuntur *prævalere*, cum ripas transcendunt, et inundant, seu undas supra ripas longe lateque diffundunt, Gen. VII, 19. Inde חצה *pars dimidia*, ex *bipartitione* orta, et חצה objectum *bipartitionis*, in quo hæc occupatur. Num. XXXI, 43. חצה idem ib. v. 42. 47. Exod. XXX, 13. 23.

§. LXXIV.

P. 345. Ad radicem חצר inusitatam addi et moneri velim 1. *virendi* notionem ipsi per se competere, quod Arabibus حצר sit *viruit* arum 2. Apud Aethiopes חצר esse *brevis fuit*, *decurtatus fuit*. Indeque non destitui videtur LVDOLFVS ratione, quam ob rem Num. XI, 15. per

per **חציר** *lactucam* intellexerit. Immo hæc ipsa vox *gramen defectum seu demetendo curtatum* significare videtur, non proprie *virens*. Sed Es. XXXIV, 13. **חציר** significat *domicilium*, quoniam ibi synonymum est præcedenti voci **בית** *habitationem* signanti, et a LXX. redditur per *ἔπαυ-λεις*, ab arab. **חצר** *incoluit locum*, unde **החצרה** *domicilium fixum*, et **מחצר** *locus, qui incolitur*.

§. LXXV.

P. 346. **חצצרה**. Hujus vocabuli compositi origines cenfeo ex duabus arabicis radicibus petendas esse; una **חצ** *scidit, divisit*, altera **צרה** *striduit, stridorem edidit fistula, s. calamus*; unde **צריר** *stridor fistulæ*. Quare nomen nostrum videtur significare *tubam, calamum et fistulam*, quæ inflata, magnum *stridorem* edere solet; græcis *σύριγγα*.

§. LXXVI.

P. 352. **חרט** *Cavi moduli significatus palmam* obtinere Exod. XXXII, 4. videtur. Rabbi *Salomon Ben Melech* in *Michlal Jophi* monet, esse qui hoc vocis transferant per **רפוס**, hoc est, *typum, formam*, in qua quid effingitur, formamque accipit, cum quorum explicatione etiam facit, Arabs *Erpenii*, qui vertit per **פי אל קאלב** *in forma, vel typo*, quo aliquid liquatum fingitur. Atque hæc significatio vero sensui propior esse videtur, 1. quia diserte hoc commate totum vituli opus dicitur **מסכח**, i. e. *opus fusorium*,



ut VULGATVS recte transfert. Quodsi enim vitulus fuit ex auro fusus, oportuit id factum in *typo* quodam, modulo quodam, vel forma fusoria, in *einer Gießform*, vituli imaginem incisam habente. Quodsi igitur vitulus fuit opus fusorium 2, ille non formatus fuit *stylo*, sed *cavo modulo*, seu *typo*; licet deinceps ad conciliandum ipsi splendorem fuerit poliendus. Jam vero nostro commate vitulus formatus dicitur כְּהָרֵט; igitur necesse est, ut כְּהָרֵט fuerit non *stylus*, sed *typus*, seu *forma fusoria*, opus autem quod *stylo* formatur, non funditur. Hic vero vitulus fusus fuit כְּהָרֵט, ergo non fuit *stylo* formatus, sed formam vituli accepit in *typo* fusorio. 3. Si vitulus ille ex massa integra formandus fuit *typo*, insigne temporis spatium ad ejus elaborationem requisitum fuit. Id vero factum non fuisse, textus noster haud obscure innuit; AARONEM, inquit, *aurum in ignem coniecisse*, et *exiisse ex auro illo* (liquato) *vitulum* v. 24. AARON enim tribuitur vituli confectio. Solus autem *stylo* ex massa integra brevi temporis spatio non poterat vitulum formare. Consequitur igitur, ut AARON illum formaverit *typo*, seu *modulo fusorio*, Plures rationes adfert BOCHARTVS *Hierozioc.* P. I. p. 334; qui tamen alio modo comma nostrum reddit: et *ligavit illud aurum in loculo, et fecit ex eo vitulum fufilem*, cum tamen *πείσταις* illa ligationis parum vel nihil faciat, ad vituli ex auro formati constitutionem, et rationem, in qua tamen describenda MOSES occupatur. At vero
idem

idem BOCHARTVS notionem *typi*, et *formæ* *fuforiae* reprobatur, dicens: hanc lignificationem esse novam et inauditam, addita hac ratione; non neceffe fuiffe, ut Moyses de typo ageret, quia ex hoc ipfo, quod Moyses vitulum vocet *fufilem*, facile pateat, illum ex typo fuiffe expreffum. Sed vir doctus non recogitaffe videtur, AARONI neceffe fuiffe, ut ex multis inauribus congefis una massa conflaretur, five ex ea vitulum caelo fculpturus, five typo et *modulo* formaturus fuerit. Actio enim conflandi metalla diverfa, vel unius metalli particulas etiam dicitur סססס, non tantum conflati metalli in typo facta formatio. Cum igitur v. 4. AARON feciffe dicitur *vitulum fufilem* ex eo faciendum. Artifici enim ex multis auri particulis unum opus confecturo, illarum conflatione opus prius eft, quam opus ipfum efficiat, et elaboret. Quando igitur multas auri partes ignis ope conflatur, dicitur jam aurum illud fundere, et *fufile* facere. Sed massa conflata nondum eft opus ipfum ex ea conficiendum. *Massa* autem conflata, vel *typo infufa* formatur, vel *caelo* adhibito, in formam debitam elaboratur. Confero enim huc I. arabicum *חרץ* (צ cum *ב* permutato) *mentitus eft*. Forma autem mentitur archetypum, quippe repræfentans *archetypi* imaginem, non ipfum archetypum exhibens, et vi hujus etymologiae *חרץ* pro *חרץ* dicit *formam*, feu *typum excifum*, in quo *incifa* eft *imago* rei formandæ. Apud Hebræos quoque radix *חרץ* eft *incidit*, cui etiam refpondet et *sono* et *significatu*. II. Ara-

bicum **חַרְת** incidit, exaravit, quæ radix infra v. 16. usurpatur. Favet significationi, quam huic voci tribuimus, consensus Chaldæi interpretis, qui vocem **חַרְת** per **חַרְת** transfert, voce hac ex arabica radice **חַרְת** monetam falsavit illustranda; ut adeo vox illa chaldæa designare videatur speciatim instrumentum, vel *typum monetarium*, den **חַרְת**stempel, cui incisa est *monetæ cudendæ* imago imprimenda, generatim autem *typum chalybeum*, cui incisa est quælibet forma rei fundendæ impertienda.

§. LXXVII.

P. 363. **חַרְת** Hoc nomen loco cit. proprie significat *locum*, in quo fit *nudatio*, seu *locum nudatum*.

Lit. **ח**.

§. LXXVIII.

P. 373. **חַרְת** Radix inusitata; Arabibus **חַרְת** formavit quid ex re molli, vel ex **חַרְת** arabico, *infimus*, *contemptus* fuit, formari potest nomen **חַרְת** argilla, ex qua aliquid formari potest. Dan. II, 41. 43. hæc etiam *macerata* in fundo *subfidit*, et *infima* est.

§. LXXIX.

Supra ad vocem **חַרְת** sub radice **חַרְת** observari velim, eam Pf. LXXXIX, 45. **חַרְת** esse voci sequenti **חַרְת** throno, ideoque tribui posse notio-

notionem loci *eminertis*, ex arabico טָהַר *superavit, eminuit, in superiore rei parte fuit.*

Lit. י.

§. LXXX.

P. 390. יְהוָה Antiquissimum nomen *veri Dei*, græc. *יאו* Exod. XV, 2. Ps. LXVIII, 5. Idem significare quod יהוה largior, itemque per synopen in medio contractum, ita ut literæ הו cum vocali *cholem* elisæ, et per ראשי et הויבוח סופי pronunciatæ sint ה י pro יהוה, earumque absentia signata sit *mappik*, ostendendi causa, ה ultimum velut *mobile* movendum in pronuntiatione esse, quod duabus literis in medio elisis quasi sit gravatum. Notum enim est, vocem יהוה, quam pronuntiare sibi religioni ducunt Judæi, ab eorum librariis, vel per י י seu duplex Jod, vel indicandi mysterii causa per triplex Jod (י י י) scribi solere, idque a recentioribus fieri, quorum scriptione decurtata prior et antiquior fuerit יהוה. In compositione hujus nominis autem ultimum ה *mappik* suum propterea amittere videtur, quod syllabæ præcedere solent, in locum syllabæ יהו succedentes, ut in יהמיה, יכניה, יכמיה cet.

§. LXXXI.

P. 392. יהו Licet verbum יהו *strepuit, commotus fuit, sanavit, commodissimum sensum suppeditet* Ruth. I, 19. nec videatur opus esse, ut alia radix primæ radicalis Jod ad ejus illustratio-

S 5

nem



nem vocetur, tamen vocem **וְחָתוּ** illustrandam censui ex arabico **وَحْت** opinatus fuit, mentem aliquo vertit, ut sensus sit: *Omnis civitas mentem ad eos convertit*, quod iis contingere solet, qui in terris extraneis diu versati, cum in patriam redeunt, ut popularibus suis, eos denuo spectantibus meta sint, in quam hi oculos coniciant plerumque mirabundi.

§. LXXXII.

P. 395. **וְחָתוּ** Non tantum apud Arabes radix **וְחָתוּ** idem significat, quod apud Hebræos **וְחָתוּ**; sed etiam radix **וְחָתוּ** in Conjug. V. est *incaluit pecus*. Adeoque pleræque formæ hujus verbi de prima radicali Jod statuenda testimonium perhibent.

§. LXXXIII.

P. 403. **וְחָתוּ** Hæc radix sine dubio cognata est radici **וְחָתוּ** *mente turbatus fuit*, quoniam *lamentum ex turbato mentis statu progignitur*. Arabes habent **وَحْت** prima radicali **وَحْت** cum **وَحْت** alternante, Imperativus **وَحْت** Joel I, 8. ex forma **וְחָתוּ** procedit, significatque *geme, luge*, adeoque radix **וְחָתוּ** hebr. *juravit*, incensum non venit, cum jurandi notio nihil habeat commune cum notione *plangendi*, vel *gemendi*. Cæterum hoc verbum totum statum lugentis exprimit ratione *causæ et effectus*.

§. LXXXIV.

§. LXXXIV.

הלל *ibid.* In hac interjectione N in fronte positum prodit originem vocis, quam ex arabismo ad ipsam radicem paulo ante monstravimus.

§. LXXXV.

ibid. ילק Ad originem hujus vocis retuli non tam radicem קלק, quam radicem קלק (prima radicali N cum 'alternante) *splenduit, rutilavit*, ita ut hac voce peculiare genus *erucarum* designetur, scilicet *cutem splendentem* habentium. Accedit, omnia erucarum genera *lambendo lingendaque* solere arborum folia absumere, ita ut, si radix hujus vocis statuatur קלק indoles et natura horum insectorum communis describatur. Experientia autem docet, nonnulla erucarum genera *cutem splendentem* habere, sicuti serpentes.

§. LXXXVI.

P. 413. ע' Hoc nomen a verbo 'ע' derivo apud Arabes *superstite, adservavit, condidit*, unde Arabibus ע' *repositorium, theca, loculus*, quo quid reconditur, nostramque plurale nomen Exod. XXVII, 3, idem vel simile quid significans. Hinc etiam LXX. hanc vocem l, c. per τὰς Φιάλας transferunt; CHALDAEVS per *hausfra*, VULGATUS per *forcipes*, alii per *scopas* interpretatur; quamquam hæ, uti recte monet celeberr. *Auctor*, ex aere confici non soleant. - *Palæ* notio omnino commodior est, quippe aptæ, ad colligendos cinneres, vel etiam adservandos,

§. LXXXVII.

§. LXXXVII.

P. 430. ירקון Quid morbi, vel vitii hæc vox significet, facile disci potest ex usu hujus vocabuli, ejusque origine. LXX, illud Deut. XXVIII, 22. per ἀρχαν, id est, *pallorem* transtulerunt; alii autem interpretes VULGATVM secuti reddunt per *Rubiginem*, notum illud frumenti vitium. *Palloris* significatum alteri præfero, quoniam illo morbo percutiendus et adficiendus dicitur populus israeliticus l. c. non autem rubigine, uti a nonnullis interpretibus intelligitur. GOLIVS enim docet e CAMVSO pag. 2758. vocem arabicam ירקון non tantum significare *rubiginem*, sed etiam *pallorem*. *Pallor* autem in hominibus conspicuus, non tantum ægroti corporis, sed etiam animi est indicium, quoniam oritur partim ex *mænore* et *tristitia*, partim ex *terrore subito*, partim ex *invidia*, et aliis animi ægritudinibus, corpori quoque noxam adferentibus.

§. LXXXVIII.

ibid. ירקון Hanc vocem quadratam *summum virorem* in arborum frondibus conspicuum denotare, extra controversiam est. Sed rutilationem et coruscationem apud Orientales quoque virorem dici, ex præcedentibus, ubi de *auro puro* dictum est, adparet. Ergo Pf. LXVIII, 15. voci חרוץ constructa, significat *splendorem auri rutilantis*.

Lit. כ.

§. LXXXIX.

P. 445. ככה Hæc radix proprie significat ejusmodi *extinctionem* ignis, quæ fieri solet, illum *obtegendò*, vel cinere *operiendo*, sicuti apud Arabes radix ככה hunc significatum habet. Nec enim aliter ignis *extinguitur*, nisi is vel cinere *obruatur*, vel adfusa aqua *opprimatur*.

§. LXXXX.

כר Radix rarissima, quippe cujus vix 3. pers. plur. scem. præteriti in *kal*, cum terminatione syriaca, (*) finale, et adformativum habente, occurrit, Ps. XXII, 17. ubi *Ctif* habet כר quod reddo: *orbiculatim perfossæ sunt manus et pedes mei*. Apud Arabes enim כר media concava est, *spirali forma fecit quid, struxit quid*, ut כור *sellam camelinam, rotunda forma strudiam, vel focum fabri, seu fornacem ex luto orbiculari forma: vel ut כורה urbem, orbis vel circuli forma, sicut latinis urbs dictum pro orbs videtur*. LXX. habent *ἄψυξαν τὰς χεῖρας καὶ τὰς πόδας μου, esfoderunt manus et pedes meos*.

§. LXXXXI.

P. 446. כברה *cribrum*, quoniam radix כבר Arabibus est *excrevit, secrevit, quod fieri solet cribrando* Amos IX, 9.

§. LXXXII.

ibid. מכבר LXX. hanc vocem transferunt Exod. XXVII, 4. per ἐξδάραν, VULGATUS per *craticulam*; vulgo redditur per *cribrum*. Priores notionis adductæ melius quadrant ad altare, quam posterior *cribri*. Ego autem hanc vocem deduxerim ex radice רכב transp. radical. *insedit*, ut מרכב transposite מכבר sit *res*, cui *insidetur*, *sella*, *foeus*, *craticula*, cui *resurenda insidet*, et imponitur. Lignum enim supponebatur craticulæ; sed sacrificia igni comburenda imponebantur. Apud Arabes quoque radix רכב in Conjug. II. est *composuit*, et in Conjug. VI. *coagmentatus fuit*, ut adeo מכבר designet *opus coagmentatum* ex pluribus trabibus, speciatim *craticulam* einen Kofst.

§. LXXXIII.

P. 448. כרכר Celeberr. *Auctor* recte statuit, hac voce designari singulare genus *gemmæ*. Sed adhuc in dubio est, quomodo adpellanda sit, *Pyropum* esse putat, ex collatione arabismi, in quo כרכרה fit *rubedo maxima*. BOCHARTVS per lapidem *carchedonium* explicat, quod hoc gemmæ genus maxime *scintillet*; quæ observatio si valeat, convenire possit cum vulgari vocis כירר deductione, quam celeberr. *Auctor* amplectitur ad radicem כרר. Lapidem pretiosum hac voce designari non abnuerim; sed hujus vocis illustrationem repeto ex radice arabica كَر in Conjug. II. *frias versicolores* intexuit vesti, ut GOLIVS docet

p. 473; adeoque puto, facta levi litera ל cum כ permutatione, ob similem prononciationem, כרכור designabit, lapidem versicoloribus striis distinctum, seu striatum, quales lapides inter gemmas reperiri, notum est. Apud Arabes quoque ut GOLIVS p. 481. ex GIEVHARI adducit nomen גראן (Gidsads) lapis striis aureis distinctus. Nolim ergo hoc lapidum pretiosorum genus ex notione contundendi nimis laxa ita dici, cum multæ res duræ contundi soleant, et tamen hac voce non adpellentur. Taceo, contusionem lapidum fieri ex accidenti, ideoque non pertinere ad naturam illorum. Quod autem ad locum Ezech. XXVII, 16. attinet, ibi videtur hæc vox non gemmam, sed vestem versicoloream designare, quoniam ibi cum acupictis et bysso, et רמטה i. e. candicantibus pannis componitur. Hi enim panni quam maxime apud Tyrios in commercio fuerunt, adeoque hæc vox videtur esse duplicis significatus, vel lapidis stricti, vel vestis striatæ, prouti scil. contextus, et materia, de qua agitur, significatum determinat.

§. LXXXIV.

P. 451. כוח Vocem hanc significare *vicit, superior fuit*, ex radice arabica a celeb. AVCTORE allata, dubio caret. Quod autem ad nomen hoc ipsum attinet, illud non tantum *robur et vires* designat, verum etiam *l. præstantiam*, quem significatum sibi vindicare videtur Pl. CXI, 6. ubi כוח מעשיו melius verti potest per *præstantiam*
et

et excellentiam operum ejus, quam per robur et fortitudinem II. Clivum patentem, seu latitudinem montis; quem significatum etiam vox arabica **כנח** (*cachon*) habet, ut GOLIVS sub radice alata docet. Hunc significatum habet Job XXXIX, 21. ubi de equis Deus dicit: *eos latari in campo late patente* et quemque eorum — **כנח** quod non reddo cum robore, sed in clivo patente. Sicuti enim verbum **כנח** *σύνολον* est verbo **ישו**, ita vox **כנח** *χέσω* quandam habet ad vocem **עם**, quæ *patentem campum* designat. Immo *patens campus* cum *clivo patente* singularem habet convenientiam, seu cognationem.

§. LXXXXV.

P. 458. **כוכב** Notio principis et personæ illustri præ cæteris notabilis est, quoniam stella ejus symbolum in sacris tabulis solet esse frequentissimum. Sic JOSEPHO in somnio undecim stellæ visendæ offeruntur, tanquam symbola undecim familiarum principum Gen. XXXVII, 9. et Amos V, 26. **כוכב אלהים** commode verti potest per principem Deorum, i. e. potentissimum deum. GOLIVS quoque ex BEITHARIDE docet, apud Arabes hanc vocem **כוכב** non tantum stellam micantem, sed etiam principem gentis alicujus denotare. Cumque princeps deorum apud Aegyptios APIS fuerit sub bovis figura cultus, intelligitur, eundem deum l. c. designari.

§. LXXXXVI.

§. LXXXXVI.

P. 455. כִּיִּס Radix inusitata, cujus notionem servasse videntur arabica I. גִּוִּשׁ *effervuit mare,* metaph. *potus recens infusus in altum surrexit, affatim manavit fons,* cui cogn. יָדוּ *est bibit ex scypho vel cantharo* II. חִנָּה *noctu obivit et scrutatus est,* tanquam vigil. Vnde כִּוִּס significat 1. *scyphum, poculum, cantharum* Gen. XL, 11. 13. Ps XXIII, metaph. *fors divinitus adsignata* Ps. XI, 6. XVI, 5. 2. *avem nocturnam generatim, speciatim vel bubonem, vel noctuam noctis avium nidos circumvolitantem.*

§. LXXXXVII.

ibid. כִּכְרָה Hæc vox varie reddi potest Gen. XLIX, 5. vel per *habitationes,* ut sensus sit: *vasa violenta sunt in habitationibus propriis eorum,* ex rad. æthiop. כִּרִי et arab. כִּרָא *fodit;* vel per *mutuo suggesta consilia,* ex arab. כִּיר *fellis fabri ferrarii,* qui symbolum esse potuit suggestionis consilii, ut sensus sit: *vasa violenta sunt in mutuis eorum consiliis;* quem posteriorem sensum sequentia pluribus illustrare videntur.

§. LXXXXVIII.

P. 461. כִּלְיוֹת Hanc vocem potius ex radice æthiopica כִּלְא *diversus fuit, bipartitus fuit,* deduxerim, cum *renes inter se diversi sint loco.* Apud Arabes in singul. est כִּלְיָה *coljah ren.*

3. Stud.

T

§. LXXXXIX.

§. LXXXIX.

P. 462. *Kamez* sub כל Pf. XXXV, 10. Prov. XIX, 7. esse *longum et impurum*, ex eo intelligitur, quod vox illa constructa est voci sequenti, linea *Makkeph* non intercedente, sed accentu solum conjungente. Videtur ergo originem ducere ex כיר vel כירל *mensuravit*, vel numero, vel linea, ut כר nostrum significet *numerum*, vel *mensuram*.

§. C.

P. 463. מכלל Notionem habet instrumenti *perficiendi*, i. e. ornamenti Pf. L, 2. quam sequuntur nomina reliqua מכרור Ezech. XXIII, 12. et מכלור XXVII, 24.

§. CI.

P. 466. כנה Apud Arabes rad. כננ idem significat. Intelligendum autem, quid sint *nomina aliena*? Eo pertinent *nomina*, et *tituli verborum*, *honorum cognomina*, eaque voces, quibus aliquid per metonymiam quandam adpellatur. Sic Ef. XLIV, 5. praedicitur, fore, ut quidam se honoris causa nominet *Israel*, quo nomine alioquin *Jacobus* patriarcha jussu divino nominandus erat, Gen. XXXII, 29. Qui vero rem nomine, ei debito, adpellat, remoto tropo, is dicitur לא כנה, quasi *verum* nomen non *dissimulare*. Inde intelligitur, nomen sequens כנה, quod celeberr. AUCTOR per *collegium* transfert, eleganti esse significatu vel nomine, cum membra alicujus col-

collegii, a diversis suis muneribus, quæ gerunt, diversos etiam fortiantur titulos, quibus a principibus suis adficiuntur, a latinis *honorum verba* et *nomina* adpellatos: qualia a principum arbitrio pendent, honorifica jura habentium. Et tales tituli non sunt nomina *propria*, sed *aliena*. Ita cum quis *consiliarius intimus*, *aulicus*, *bellicus* nuncupatur, *nomen* illud est *dignitatis* et *honoris*, ad quem a principe evectus est.

§. CII.

ibid. כנמא. Omnino malim hanc vocem chaldaicam derivare a rad. כנמ, quam apocopen literæ finalis נ ex rad. נמר statuere, cum credibile non sit, divinos scriptores Thalmudicis scriptoribus, tales apocopas amantibus, voluisse præcludere.

§. CIII.

P. 467. מכנס. In singulari hæc vox designat *locum* s. *instrumentum*, in quem, vel quo quid tegitur, et locis adductis sunt *femoralia* in duali usurpata. In omnibus autem locis adductis vox כר כנס מכנסים construitur, qua non exprimitur materia, ex qua confecta fuerunt, quippe quæ כנס adpellatur Exod. XXXIX, 28. et Ezech. XLIV, 18. כנסים, sed *interstitium crurum*, vel *femur*. Sunt ergo מכנסים כר *tegumenta femorum*, seu *feminalia cruralia*.

§. CIV.

P. 483. כשלון *Fractura*, ex notione *frangendi*, quam ei tribuimus in *symbol*. nostris ad *systema Hebr. philolog.* Tribuitur enim רווח רוח *altitudini spiritus*, i. e. *superbiæ et fastui*, metaphora desumpta ab arbore in altum nimis crescente, cujus summus ramus, כפה dictus, defringi solet vento vehementi, Prov. XVI, 18. Est autem vocabulum præcedenti שבר *fractiõni* σύσσιον, ita tamen, ut plus exprimere videatur, quam שבר. Hoc autem designat *fracturam simplicem*, ex nimia rei fractæ *inflexione* ortam: ergo כשלון recte per *plenariam fracturam*, et consequentem rei fractæ *dejectionem* redditur. Suadet hanc notionem sermonis gradatio.

§. CV.

ibid. מכשול Consideretur ad hoc nomen, cum occurrit, an ipsi quoque *rei intricatæ* notio tribui possit, saltim Pf. CXIX, 165. Jer. VI, 21, et quidem ex radice arab. שכל transp. rad. *intricatus fuit*.

§. CVI.

P. 484. כושרה *Strenuitas*, *virilis animus*, *fortitudo*, Pf. LXVIII, 7. ibi enim opponitur *vincitorum statui*, sicut *reductiõni desertorum* opponitur *domus propria*, et *eductiõni vincitorum* כושרה quam LXX. vertunt ἐν ἀνδρεία in *virilitate*, ut sensus sit: Deus *reducit detentos* (in captivitate) *domum*, ex führet die Arretirten wieder

wieder nach Hause: *educit vinclos in fortitudines, strenuitates, ut strenuos et fortes se gerant contra hostes. Duntaxat refractarii habitant in arido.* Catenarum notio ex rad. כָּסַר ligavit, non quadrat ad vocem l. c. Nec enim accentu hæc vox cum voce אֲסִירִים conjugitur, sed hoc conjugitur cum מוֹצִיא; *educit vinclos, בכּוֹשֶׁרֶת in viriles animos.* Quoad enim quis vinculus est, in metu et formidine detinetur, quando autem ex vinculis educitur, educitur simul ex metu et abjectione animi in novam strenuitatem.

Lit. ל.

§. CVII.

P. 491. מְלֹאכְחָ et מְלֹאכְחָ Ex iis, quæ ad radicem לָאך in symbol. nostris observavimus, manifestum est, hæc nomina non quodlibet opus, vel negotium designare, sed delegatum tantum, et legato demandatum. Gen. II, 2. prima vice occurrit, ubi Deus creator dicitur absolvisse מְלֹאכְחָ opus delegatum sibi. Quod contra hostes divinitatis Christi et spiritus S. notandum. His enim cum passim opus creationis tribuatur C. I, 2. 3. intelligitur ex hac voce, his divinitatis personis a patre opus creationis delegatum et demandatum quasi fuisse.

§. CVIII.

P. 499. לוֹט Ad illustrationem hujus radicis, ejusque derivatorum retulerim I. arabicum לָאֵט jussit, flagitavit urgendo II. לָט in Conjug. VIII.

T 3

musco

musco ille vit cogn. לר suavis, jucundus fuit III. מנל conjunxit, agilis fuit et promptus, unde לוט laut, vir agilis in rebus agendis.

§. CIX.

P. 505. מלחמה Hanc vocem Job. XXXVIII, 23. occurrentem, aliud quid, atque bellum vel praelium significare; in symbol. nostris ad *systema philol. Hebr.* ad rad. חשך observavimus. Reddidimus illam per *consolidationem*, seu *concretionem* firmam. Radix enim arabica חחל significat *consolidavit, concresecere fecit*, unde Arabibus est מלחמת molacham firmiter tortus. Ventus autem frigidus l. c. רץ dictus, quasi constringens, vapores aqueos constringit, ut inde nix et grando generetur v. 22: *num venisti ad thesauros nivis, et grandinis thesauros vidisti?* v. 23. *quos ego servavi ad tempus venti frigidissimi, usque ad diem conflictus mutui et מלחמה, i. e. consolidationis, quo consolidentur, et in nivem et grandinem concresecant.* Quo sensu posito, cognoscitur 1. Deum Jobo breviter hac interrogatione ostendisse, thesauros *nivis et grandinis*, non nisi in vaporibus aqueis positos 2. Deum Jobo monstrasse *naturam*, et γένεσθι utriusque, quomodo scilicet et utraque generetur per *vaporum consolidationem*, prævio eorum *conflictu*. 3. Deum Jobo monstrasse *causam secundam proximam* illius consolidationis, positam in רץ vento frigido et constringente.

§. CX.

§. CX.

ibid. **דחל** Hæc forma est chaldaica Dan. V, 1. pro **דחל**. Ideo inde monstrari potest, cum *epulum* significet, vocem **דחל** hebræam, pro *omni ciborum edulium* genere poni, contra *CYSSETIVM* id negantem.

Lit. D.

§. CXI.

P. 515. **מג**. De Magis observatum mihi est, eos non uni orientis terræ tribuendos esse, sed quaslibet in oriente terras, earumque incolas suos habuisse magos. Oriens enim, ob triplicem solis ortum, dicitur in numero multitudinis *ἀνατολῶν*, sicut etiam occidens, ob triplicem solis occasum, in eodem numero dicitur *δυσημαί*. Quando igitur Magi dicuntur Matth. II, 1. venisse ab ortibus, diversi terrarum sub diverso solis ortu jacentes tractus intelliguntur.

§. CXII.

P. 516. **מגנה** Cum *ג* *dages forti* signatum sit, hæc vox sub rad. **גנן** ex **גנ** *furiosus fuit*, deducenda fuisset.

§. CXIII.

P. 517. **תמיר** Radix hujus vocis est verbum inusitatum **תמר**, cujus significatum pandit arabicum **תמר** *defatigavit, continuavit ad defatigationem usque*. Unde **תמיר** *continuus, defatigans* quid; hinc sacrificium **תמיר** in scriptis Mo-

T 4

saicis

saicis Exod. XXIX, 42. Num. XXVIII, 3. dicitur, quasi continuum ad *defatigationem* offerentium, coll. Act. XV, 10.

§. CXIV.

P. 526. מור Recte huc trahitur, licet מור *amarus fuit*, naturalem saporem myrrhæ exprimat. Apud Arabes enim radix מור etiam est *leniter fluxit, effluxit, emanavit*. Balsama scilicet succusque myrrhæ leniter ex arborum odoriferarum corticibus leniter effluunt.

§. CXV.

Quod celeberr. AVCTOR p. 536. de ritu *salsæ conspergendi* recens natos ad locum Ezech. XVI, 4. illustrandum, apud Arabes adhuc usitato commemorat; id quidem de Arabibus facile concedimus, de Israelitis autem dubitamus.

§. CXVI.

P. 544. מוסק Apud Arabes radix מוסק est in Conjug. II, *musco imbuat, et miscuit*. Inde ipsi מוסק *muscus* est. Apud Hebræos autem latioris est significationis, ut ex usu ejus patet.

§. CXVII.

P. 545. מועד form. מוערת Prov. XXV, 19. occurrens, derivari potest ex arabico *وعر corpore debilis fuit*. Ergo מוערת רגל significare potest *pedem debilem, consequenter nutantem, vacillantem, nervis non valentem*. Ergo mihi est participium

cipium *Hophal* verbi פָּי cum significatione jam ex arab. פָּי data.

Lit. J.

§. CXVIII.

P. 562. נָנַר Præter arabicum נָנַר huc etiam refero נָנַר *turfit, inflatus fuit, tumuit, quod utris pleni est.*

§. CXIX.

P. 567. נָבַר Quatenus hoc nomen significat 1. *utrem*, eam derivo ex arabico نَب *humedavit, rigavit*; 2. *nablium* ab ead. radice, quatenus in Conjug. II. significat *demulfit*, quod pulsatum audientium aures demulceat.

§. CXX.

P. 575. מֵרָה Hoc nomen occurrit Jos. III, 4. quod nescio, an ad rad. מָרַר *mensus est*, possit tuto referri, ut significet בְּמֵרָה *in vel secundum mensuram*. Hinc etiam LXX. et VULGATUS eam neglexerunt. CHALDAEUS *in mensura* reddit. Cur autem veteres illi neglexerint, facile quis divinare possit, qui consideret, fieri potuisse, ut negligenter, quod vocem *mensuræ* pro superflua haberent, cum quilibet de *cubitis* audiens, statim per eos intelligeret, *mensuram consuetam*, quarum distantias metiri solemus. At vero, cum committendum non sit, ut vocula quædam in textu pro superflua, aut otiosa habeatur, quo textus integritas servetur, notandum est, con-

T §

suctum

fuetum esse Hebræis loquendi morem, ut vocem מִרָּה vel מִמָּה addant, cum mensuram rei descriperint, et determinaverint. Deinde vox מִרָּה aliam admittit sui derivationem, ex arabico رָּה separavit, amovit, segregavit, ita ut מִנְּרָּה vel eliso נ, et vocalem suam præcedenti מ auctivo relinquente מִרָּה designet *locum* inter duo *separata*, ut hoc loco inter arcam fœderis et exercitum. Quare sensus plenior loci illius hic resultat: *spatium erit inter vos et illum circiter bis mille cubitorum indistantia, i. e. ubique ab arca fœderis bis mille cubitos remoti eritis, sive spatium illud metiamini ab oriente ad occidentem, sive ab austro ad septentrionem.*

§. CXXI.

P. 586. נוש Hanc radicem, quam Lexica ignorarunt, primus restituit celeberr. Auctor, cum vocem אנושה Ps. LXIX, 21. vulgo putassent *morbum*, seu *ægritudinem* notare, a rad. אנש. Cum autem ו præfixum sit תָּו Kamez, et in fine ה præcedente Kamez, tonusque, ut ex accentus sede cognoscitur, in penultimam retractus sit, recte statuitur, esse primam perf. fut. in kal.; radicemque esse נוש, in fut. אנוש, cum ה paragogico אנושה, cum ו conversivo fut. ante gutturalem נ præfixo per Kamez וּאנושה. Confero autem ad id arab. نأس *ultra citroque vagatus est.*

§. CXXII.

§. CXXII.

P. 621. מקבת *Ef. LI, I.* dicitur *מקבת בור* locus perfossus cisternæ, unde aqua vel hauriretur, vel aliunde duceretur in plures rivus. Abrahamus videtur cum loco perfosso comparari, ex quo cisterna, i. e. familia instruenda erat per Isaacum et Jacobum, in duodecim rivos vel tribus diffundenda.

§. CXXIII.

P. 623. נקיון *Non* possum, quin hic communicem, quid de נקיון שנים *cujus Amos IV, 6.* meminit, adnotaverim. LXX. per γυμψιασμὸν ὀδόντων, stuporem dentium, vel eorum mobilitatem transferunt. Ita et CHALDAEUS et VULGATUS. Arabibus est נקא *exemit*, et נא *commovit*; ex quarum posteriore defendi potest mobilitatis notio, seu vitium dentium, quo in cavernis suis soluti moventur, nec firmum et tenacem morsum permittunt; cum quo etiam stupor eorum similitudinem quandam habet, in eo posita, ut pariter tenacem morsum denegat. Et hoc loco, ubi de panis penuria, Israelicis immissa, vati divino sermo est, ferix et otium dentium, quo videntur vel exempti, vel locis suis emoti, hac voce designantur.

§. CXXIV.

ibid. נקח Cum verba primæ radicalis ל alia, ל in futuro *Kal*, præterito *Niphal*, in toto *Hiphil* et *Hophal* retineant, ut et in Infinitivo *Kal* non

non abjiciant, recte loco verbi קקל adsumitur a celeberr. AUCTORE radix קקל primæ radicalis ך defectivæ, ita ut non opus sit Conjugationes ex קקל formare, ac dicere, hoc verbum primæ rad. ל verba primæ radicalis ך defectivæ imitari, cæteris exclusis.

§. CXXV.

P. 626. קקל Aethiopem lavant, qui in expiscandis hujus vocis incunabulis desudant, cum vox *indica* videatur, nomenque sit *indici fruticis*, ejusque comati, et cum *frutice isto* in regiones ab India remotas venerit. Radix autem arabica a cel. AUCTORE allata קקל *comam emisit arbor*, ut GOLIUS habet ex GIEUHARI, ex indico nomine formata videtur, naturamque illius fruticis satis declarare. Confer. JOSEPHI SCALIGERI NOTAE ad PROPERTIUM L. IV. ubi discrimen inter cilicijam et indicam nardum docte describit.

§. CXXVI.

P. 634. קקל Apud Arabes קקל est *ventilavit*, venti flatu *disjecit* frumentum, ut a palea purgaretur, it. *sufurravit* et קקל idem in Conjug. IV. *dispersit ventus*.

§. CXXVII.

P. 636. קקל Varios usus hujus verbi celeberr. AUCTOR egregie enucleavit, nec quidquam video, quod jam operose ab *EO* observatis, addiqueat. Ne autem ἀσύμβολος ab hoc verbo disce-

stetam
docere
λογισμ
Quod a
cum
IV. קקל
ma rad
ctiva,
cum ex
do igit
benefic
concep
tur? Q
duplica
XXVII
videtur
natur p
per dag
tima sy
קקל
est rad
קקל
respon
Pa
evulsi
cari p
tum v
effring

scēdam, libet mihi partim verbum arabicum adducere, quod nostrum illustret, partim ad *Φιλολογύμενα* quædam ejus cogitata mea aperire. Quod ad prius attinet, conferri huc velim arabicum *נָתַן* liberaliter donatus fuit, et in Conjug. IV. *נָתַן* liberaliter donavit. Verba autem primæ radicalis *נ* cum verbis primæ radicalis *נ* defectivæ, permutari solere, non est, quod moneam, cum exempla ejusmodi plura occurrant. Quando igitur de Deo, quatenus datore alicujus rei benefico, usurpatur, consideretur: an ejusmodi conceptus liberalis donationis hoc verbo exprimat? Quod autem ad posterius spectat, *Nun* illud duplicatum per *dages forte* in voce *נָתַן* Ezech. XXVII, 19, quod celeb. Vir pro insolito habet, videtur mihi involvere *Nun* epentheticum, ut ponatur pro *נָתַן*, vox *נָתַן*, *Nun* epenthetico per *dages* compensato, cum adpenso in penultima syllaba *Atnacho*, qui postulabat, ut pro *נָתַן* legeretur *נָתַן*. *נָתַן* autem Ps. VIII, 2, est radix ipsa formæ chaldaicæ in *Peal*, cumque *נָתַן* masculinum sit, verbum ipsi eodem genere respondet.

§. CXXVIII.

Pag. 639. *נָתַן* Apud Arabes radix *נָתַן* est *evulsi*, quæ notio l.c. de *dentibus leonum* prædicari potest, non *errandi*, uti quidam interpretum voluerunt. *Abrumpendi* et *defringendi*, vel *effringendi* notiones quoque defendi possunt ex *æthio-*

æthiopico נתע, atque eatenus cum תעה convenit, quod *errantes* passim ire consueverunt.

Lit. ט.

§. CXXIX.

P. 646. סוּגַר Conferebam ad originem hujus vocis arabicum שרג transpos. radicalibus, *constrinxit*, ut סוּגַר ponatur pro סוּרַג *vinculum*, LXX. est l c. κημὸς. Sed SCHULTENSII κλοιὸς *collare* mihi magis placet, quod סוּגַר significat Arabibus *lignum alligavit collo*; unde ipsis est סאגור *lignum in collo cani alligatum*.

§. CXXX.

P. 646. מַסְרָרִין lis, quæ celeberr. AUCTOR ad hanc vocem observat, addi velim radices arabicas סוּרַר *confuit*, et צַרַר *refrigit*. Puto enim, eas aliquid etiam ad ejus significationem determinandam conferre, licet utraque habeat transpositas radicales litteras. Ex priore enim deducitur chaldaicum סַרְרִין *cortina*, quasi ex pluribus velis confutæ, et posterior docet, in quem usum locus ille regi paratus fuerit, scilicet ut se refrigeraret nimio solis æstu calens. Recte ergo mihi videor inde colligere, fuisse *locum refrigerii*, ex *cortinis* et *velis* confutis paratum, ut earum leni motu aer motus regi calenti suavem et frigidam auram adspiraret.

§. CXXXI.

Pag. 647. שׂיג Cum hac ELIAS utatur voce, illusurus BAALI I Reg. XVIII, 27. existimavi, huc *referri*

referri posse arabica סהח et סהח comminuit, contudit aroma. Unde mihi שיג pro שיהי videtur notare aromatis *contusionem*, in mortario factam; cumque hæc fieri sine strepitu nequeat, videtur ELIAS fingere, aurium BAALIS fieri ex isto strepitu obtusionem, ideoque præ vehementi strepitu vocem ad se clamantium ab ipso non posse audiri. LXX. ibi vertunt: ὅτι ἀδολεσχία αὐτῶ ἐστὶ, quia confabulatio ipsi, quæ fieri non potest nisi cum strepitu. Fingere ergo videtur ELIAS, BAALEM ipsum comminuere aromata, quibus sacerdotes sui sibi adolerent, et gratum naribus suis odorem offerrent.

§. CXXXII.

ibid. סיי Hæc radix non tantum syris et chaldæis est *sepsit*, *septo clausit*, sed etiam Arabibus סיי in Conjug. II. significat *sepsit spinis*, sicut ejus cognatum סניש Participium Paul in foem. gen. sing. occurrit in voce סניש Cant. VII, 3.

§. CXXXIII.

P. 648. מוהח pro מוהח larva, sub qua quis faciem genuinam, seu πρόσωπον γενέσεως, nativam formam abdit, et tegit, ἐπικάλυμμα velamen, operimentum faciei, græcis μορμολυκῆιον, STRABONI μορμολύκη. Occurrit Exod. XXXIV, 33. 34. 35, ubi a CHALDAEO domus, seu vagina faciei vocatur. Theologi habent, quod meditentur, I. quænam sit, et intelligatur vera, ac genuina facies Mosis typice spectati? 2. quænam fuerit

fuerit larva illa, qua faciem suam Moses induerit, typice spectata? Mihi videtur, larva opponi genuinae faciei, repraesentare aliquam formam, vel humanam, vel ab humana diversam. Usus autem ejus cum in finem repertus videtur, ut spectatores in errorem abducerentur, et deciperentur. Sed manum de tabula! Res est altioris indaginis, et ab instituto nostro aliena. Confer. 2 Cor. III, 13 - 16.

§. CXXXIV.

P. 657. מסכן Carens, opibus et rebus necessariis destitutus, pauper, ex arab. סכנ; hinc מסכנות paupertas, rerum necessariorum carentia. מסכן autem potest significare munimentum, sicut plural. ערי מסכנות Exod. I, II. a LXX. non abs re vertuntur per πόλεις ὀχυραὶ civitates munitas. CHALDAEUS: urbes thesaurorum seu armamentariorum, quæ plurimam partem munitæ sunt. Reges enim Aegypti cum vicinis gentibus, præcipue cum Aethiopibus bella gesserunt, teste JOSEPHO.

§. CXXXV.

ibid. סכר In notione claudendi, obstruendi, interceptiendi, consentit arabicum סכר.

§. CXXXVI.

ibid. סכת Silendo attendit, silentium præstitit in audiendo et attendendo.

§. CXXXVII.

P. 66
Oriente
Romani
quas,
exercen
tibus,
recentio
admodu
ad num
ria Xen
et alior

pro P
ex arab
tum, t
ut ad r
præsid
XXX
pronu
fensio
justiti
tinax
foro
enim
fui m
vel ep
diclin
malis
3.

§. CXXXVII.

P. 664. ספינה Navibus enim constratis in Oriente veteres utebantur, quos etiam Græci, et Romani, et Aegyptii sequuti sunt, ob longinquas, quas mari suscipiebant navigationes, ad exercenda cum aliis gentibus, trans mare habitantibus, commercia. Ad belli autem navalis usus recentiori ætate adhibebant *aperta* navigia, non admodum grandia, sed magno tamen numero, ad numerosos exercitus trajiciendos, ut ex Historia Xerxis expeditionem in Græciam molientis, et aliorum constat.

§. CXXXVIII.

פֶּשַׁו p. 665. Hæc vox mihi non videtur poni pro פֶּשַׁו ut *complotionem* notet, sed arcessenda ex arabico פֶּשַׁו *metuit*, ut פֶּשַׁו significet *metum, timorem*. Quo observato, et vocem מַחֲמָה ut ad radicem in *symbol.* meis notavi, designare *præsidium, defensionem* seu *tutelam*, locum Job. XXXVI, 18. quem celeberr. AUCTOR difficilem pronunciat, hunc in modum reddo: *cum fuit defensio*, (vide) *ne forte averterit te* (improbis a justitia, v. 17.) *per metum, aut multa* (et pertinax criminis commissi) *negatio* (confessione in foro opposita) *declinarit te* (a justitia). Fieri enim potest, ut iudex, vel fontis forti defensione sui metu corripatur, et a justis regula avertatur, vel ejus *multa negatione* criminis commissi, ab ea *declinetur*. Si autem פֶּשַׁו per λυτρεω reddere malis, et sub eo intelligas *largitionem* sui redi-

3. Stück,

U

mendi

*mendi causa in iudicio factam: hic sensus posterioris hemistichii esse potest: et multitudo lytri (a fonte tibi iudici oblata) ne declinat te. Ex quo sensu cognoscitur, Elichem Jobo in mentem revocare, quomodo forte fontibus fuerit patrocinatus, vel fortiter se in iudicio defendentibus, eique metum injicientibus, vel fortiter negantibus commissum crimen, aut dona et largitiones multas offerentibus. Eadem vox sed cum D scripta Job. XX, 22. per *latus* seu *scandicem* verti potest, coll. arab. PEX in *latus* se *invertit* Vid. ILLUSTRATIONES nostras BIBL. ad h. l. et SYMBOL. ad *system. philolog.* ad. h. v.*

§. CXXXIX.

P. 666. לָפַס Primus significatus hujus radicis, idem esse videtur, qui est radicis arabicæ لَفَس *lævigavit, polivit* ensem asperitate demta. *Politur* et *lævigatur* autem *ager, vinea*, cum quidquid asperum est, ut *lapides, sentes, dumi, cardui*, ab iis removetur, iisque lævor inducitur. Atque, hoc negotium durum ac difficile quondam fuisse in agris et vineis æquandis et complanandis, facile cognoscitur. Hinc arabicum لَفَس , P cum P permutato, *avertit* a re aliquid, referri ad nostram radicem potest. Idem est *occupavit* opere aliquem. Cum autem lapides speciatim ex agris et vineis remoti, et ablata, in *cumulos* congererentur, factum est, ut quælibet *lapidum congeries* in *cumulos* hac radice in *Piel* posita significare-

cretur.
us, actus

P. 665
care, nu
more cha
gar forma
que comp

P. 67
vocem c
Occurrit
eam illu
totumq
cedenti
dunt m
 לָפַס
tibus f
Aucto
os diste

לָפַס
signare
ar. לָפַס
centum
git lum

caretur. Cumque id fieret infontium *lapidatione*, actus hic verbo סקל exprimebatur.

§. CXL.

P. 668. סרעפה Hanc vocem *ranum* significare, nullus dubito a radice סרעפ. סרעפ autem more chaldaico insertum esse puto, ut inde emergat forma radice quadrilatera. Atque ita quodque comparata videtur vox שרעפה cogitatio.

Lit. ע.

§. CXLI.

P. 676. סעג Idem GATACKERUS l. c. hanc vocem cum עגה significatione convenire putat. Occurrit Pl. XXXV, 16. ubi alioquin putabam, eam illustrari posse arabico سَعَق *mala indole fuit*, totumque comma sequentem in modum cum precedenti connectebam: קראו ולא רמו *contundunt me, nec cessant simulatis subsannationibus סעג mala indole esse, et frendere super me dentibus suis.* Et sic idem sensus prodit, quem *cel. AUCTOR* ex cl. MOERTII deductione ex ar. סעג *os distortit, in latera attulit.*

§. CXLII.

עגיר Numer. XXXI, 50. videtur hoc nomen signare *baltheum*, quo constringitur pectus, ab ar. עקר *constrinxit*, sicut כומו cum quo per accentum cohæret, *cingulum* notat, quod constringit lumbos, et ventrem inferiorem.

U 2

§. CXLIII.



§. CXLIII.

P. 680. ערן Apud Arabes etiam radix ערן est fixus fuit, et quidem ut videtur *re mucronata*, quod in Conjug. II. significat *malleo mucronato percussit*, et sic *exspiravit saxum*, seu *eruit*. Cumque res *mucronato* instrumento, ejusque uno ictu percussæ arcte *constringi* soleant, et in eo statu permaneant, nisi illud revellatur; hinc significat etiam *fixus mansit*, metaph. in loco, in eodem pascuo. Quare *constringendi* notio huic radici competit. Immo ex *figendi* notione et *comorandi*, quam in arabismo habet, oritur etiam notio *deliciandi*, quod animus deliciantium in eo studio maxime occupatur, ut in deliciis et rebus jucundis fruendis *commoretur*, *fixusque maneat*. Hinc sequentia nomina ערין *deliciens*, τευφών *voluptati adfixus*, ערן *voluptas*, delectatio, ἡδονή *sensus et studium captandæ voluptatis*, ערן גן *hortus deliciarum*, *delicatis arborum fructibus abundans*, et ערנה idem.

§. CXLIV.

P. 681. ערין Vox obscura visa LXX. Ab his ut nomen proprium cum sequente העצנו translata est: ἀδων ὁ ἀσωταῖος, et statim subjungitur: ἔτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτῆ; hic *extraxit ensen suum*, cum in textu authentico tale quid non legeretur. Videtur igitur unus illorum verba illa ut nomen herois alicujus considerasse, ita ut posterius ipsi visum sit gentilitium, prius ערין proprium; alius autem rectius ut prædicatum

tum transtulisse, ita ut ערינו verterit per *sond-*
sato, עצנו autem per *sondaiav*. Rectius au-
 tem posteriorem verba illa vertisse probandum est,
 priorem vero hallucinatum. Nimirum existimo
 ערינו esse tertiam præteriti in Hiphil, reciso per
 aphæresin *ר* ה characteristico conjugationis Hi-
 phil, ut ערינו vel ערינו ponatur pro הערינו
 vel הערינו, et suffixum (ו) referens se ad nomen
 העצנו masculinum, more Syro-Chaldaico per
 pleonasmum ei subjungatur. Quod autem ad
 nomen העצנו attinet, illud ex æthiopico חצין
ferrum, ita a firmitate et duritie dictum, ex ara-
 bico חצין *firmus, durus fuit*, vel ex arab. חצין
securis parva deduxerim, ע pro ח posito; qui-
 bus cognatum esse puto nostrum עץ. Quibus
 observatis omnino recte vertitur: *hic exstirpavit,*
evulsit, extraxit ferrum suum, i. e. gladium, vel
ensem, contra octingentos una vice, uno impetu.
 Cum quo sensu convenit quoque auctor libri
 Chronicor. primi, C. XI, II. qui ita, similem
 historiam narrans scribit: הוא עורר את חניתו
is extraxit hastam (ferro præfixam) suam; ubi
 חנית latiori sensu sumitur pro quovis instru-
 mento et *cædendi, et transfigendi.* Immo quis ne-
 gaverit, veterum enses tam longos et protensos
 fuisse, ut iis et *cædere et confodere* hostes potue-
 rint? Quodsi autem *figendi* significatus verbi ער,
 magis placeat, hic verborum sensus formari quo-
 que possit: *hic infixit, vel ad infigendum adhibuit*
illum gladium suum in octingentos, quorum singuli
confossi fuerunt uno impetu. Verum dubium mo-

vet $\tau\delta$ η voci עצני præfixum, quod nominibus in statu suffixi præponi non solet. Id vero expirat, si teneatur, η illud singularem indicandi vim habere, ponique ideo, ut indicetur, *gladium* illum insignis fuisse longitudinis. Taceo ALTINGIUM in *punctat. hebr.* p. 219. exempla plura adduxisse $\tau\delta$ η præf. ante nomina constructa, et cum suffixis occurrentia, quorum numerum nostrum העצני augere potest. Nec alioquus momenti est, quod η characterist. Conj. *Hiphil.* in fronte per aphæresin abjectum diximus. B. enim MICHAELIS in *hebr. Grammat.* p. 36. observat, η illud non tantum in infinitivo, et imperativo, sed etiam in præterito abjici per aphæresin, idque duobus exemplis probat, quibus nostrum addi poterit.

§. CXLV.

ibidem. עֵרָן Hoc nomen *tempus fixum*, et *determinatum* designans, ut celeb. AUCTOR, malui ex radice עֵרָן *fixus mansit* derivare, quam ex rad. עָרַר , cum *tempus* seu *duratio* a rerum existentium initio, et earum progressu, ita iis adhæreat, ut ab iis nullo pacto separari queat.

§. CXLVI.

ibidem. מַעֲרָן Hoc nomen *vinculum*, seu *noxum*, seu *locum*, in quo *colligata* et in unum agmen coacta sint *stellæ* כִּימָה Job. XXXVIII, 31. designare, ex eo cognoscitur, quod ibi a LXX. vertitur per δεσμὸν , *vinculum*, quæ notio etiam fecit,

fecit, ut sequenti voci מוּשְׁכוֹת notionem *compulsionis in unum agmen* tribuerimus; ut sensus dicti esset: num colligabis congeriem stellarum, aut nexum stellarum comatarum solves? Quod ad locum I Sam. XV, 32. attinet, ibi veteres interpretes vario modo מְעַרְנֹתֶיךָ reddunt, LXX. per τρεμέων, *trapidans*; vel tremens; Vulgatus per pinguisimum tremētem; Chaldaeus per delicatum, pro diversorum significatum, quos radices עָרַב vacillavit, et עָרַב cibo repletus fuit, habent, ratione.

§. CXLVII.

ibid. עָרַב Arabibus עָרַב in Conjug. VIII, est *multum cepit*; in Conjug. I. *liberalis fuit* erga quem; i. e. *multum dedit*. Unde in Hiphil Ex. XVI, 19. *liberaliter collegit* pro se, significat. De rebus *superfluis et abundantibus* usurpatum, designat *redundantem rem*, rerum *nimiam copiam*, πλεονασμὸν, sicut LXX. I. c. per ἐπλεύνασε reddunt.

§. CXLVIII.

ibid. עָרַב Deficiendi significatus, et *desiderandi* maxime corroboratur arabismo, in quo radix עָרַב est *defuit, delevit, seu deesse fecit, destruxit*, in Conjug. II. *vitiis laboravit*, quam notionem habere potest Es. XL, 26. אִישׁ הָאֵן נִעְרַר *quidquam eorum vitiis non laborat*; Keines von ihnen hat Fehler, coll. Gen. I. v. ult. Eadem radix in Conjug. II. est *suis partibus deest, et defuit*,

fuit, minus fecit quam debuit, aliquid in se desiderari fecit: Ita Ef. LXIX, 15. transferri potest: et facta est veritas suas partes deserere; i. e. coacta est suis partibus deesse. Quo sensu ostenderetur, quo usque Judæorum malicia processerit? Nimirum eo, ut veritatis testes, a veritatis testimonio, et professione, vi adhibita deterrerentur. Sic quoque radix ערר desituit, reliquit, prodidit, hunc locum illustrat, ut hic sensus emergat, et prodita, perfide tradita est veritas. Usurpatur hoc verbum etiam ab Arabibus de ove, vel alia pecude imbecilli, a grege divisa, et restitante. Eadem hæc posterior radix est obscurus fuit, quæ notio convenit ad Zeph. III, 5. לֹא נִעַר, quod verti potest, non obscuratum est, ubi LXX. ἡὲν ἐκ ἀπεκρύβη et non absconditum fuit, vertunt, quos et VULGATUS sequitur.

§. CXLIX.

P. 688. מעוף Cum Ef. VIII, 22. אפלה מנרה σύσσιχος sic τὸ מעוף צוקה illudque significet caliginem dilatatam, existimo, hoc significare obscuritatem effusionis, seu diffusionis, i. e. diffusam.

§. CL.

P. 695. מעוז In hac voce observo, Kamez sub מ auctivo initiali in incremento ejus finali immutabile esse, tanquam vocalem impuram, cum tamen nulla ratio adpareat, quam ob rem non mutetur in Schua, uti in vocibus מאל, מקוז aliis-

aliisque, e. g. מְכוּן, מְכוּשׁ, מְלוּן, מְעוּן cet. sub quorum ו̄ auctivo τὸ Kamez, pro pura et mutabili vocali habetur, in incremento finali abjicienda. In *symbol. nostris ad systema philol.* ad vocem מְגִן idem Kamez velut impurum et immutabile, a nobis observatum est, eamque ex forma Participii in *A. hel.* deduximus, ut dicatur מְגִן pro מְגִינִי instrumentum obtogens, i. e. clypeus. Pari modo puto מְעוּן dici pro מְעִיעוּן, et cum verbum s̄, radix sit secundæ geminatæ, ut מְגִן ex radice גִּבַּן textit, existimo, quando litera geminata duplicanda, et tonus ante syllabam geminandam aliquantisper retrahendus sit, vocalem Kamez per se puram, sub prima syllaba retineri, nec in *Schua* mutari, quasi sit vocalis impura.

§. CLI.

P. 739. הערובה *Mutua et reciproca sponso* 2 Reg. XIV, 14. 2 Chron. XXV, 4. ubi כְּנִי הערובה mihi visi sunt significare eos, inter quos facta fuit *mutua sponso*. Nomina enim ab initio ת̄ heemantico aucta, mihi videntur formari a Conjugatione VI. verborum apud Arabes, et Aethiopes usitata, *mutuæ aditionis* notionem habentia, ut sit הערב *mutuam sponsonem inter se fecerunt*. Quales autem illi fuerint, de eo varia sentiunt Hebræorum magistri. CHALDAEUS vertit per *filios magnatum*; et R. D. KIMCHI intelligit *filios principum*, quos hi dederint loco *pignoris*, quod non essent rebellaturi.

§. CLII.

P. 740. ערה Notio nuditatis mihi dubia videtur, cum hæc vox Es. XIX, 7. in plurali ערות occurrens, inter ea recenseatur, quæ ad ripam Nili procredebant, seu virebant, et exsiccanda prædicantur. LXX. per ἀχὶ τὸ χλωρὸν reddunt; quam ego vocem per *ulvam* vertendam censeo, ab Aegyptiis ita dictam, uti ab Hebræis ארוג dicatur, significans *caricem*, vel *carectum*, de qua voce celeberr. AUCTOR in *Arcano Formar.* p. 336. docte commentatur.

§. CLIII.

P. 751. עשר Decas, numerus denarius. Hinc Gen. V, 14. עשר שנים decas annorum, Exod. XXVI, 1. עשר ריעות decas aulæorum v. 16. עשר אמות decas cubitorum, Lev. XXVI, 26. עשר נשים Num. XIV, 22. decas vicium, *decies*; sicut apud Arabes עשר decadem signat, et de fœminis usurpatur. Femininum autem est עשרה in statu constr. עשרה; ut apud Arabes עשרה. Absolutus occurrit Gen. XVII, 32. constructus status Exod. XXXIV, 28. decas verborum, decuria Exod. XVIII, 21. ubi עשרות sunt decurie. Hoc nomen, quatenus fœmininum in fine ה præcedente Segol adsumit poragogenicum, quod in Zere mutatur, quando alii numerali adiungitur. In plural. עשרים Gen. commun. viginti et vigesimum notat, quod עשר numero binario multiplicatum, viginti producit. Numerus enim binarius omnium primus est, alios multi-

tipli-

tiplicans. Sic עשר per ternarium multiplicatum
 producit tres decades, et sic porro.

§. CLIV.


ibid. מעשר Apud Arabes مَعْشَر est caetus
 et agmen hominum, ni fallor, decem, adeoque
 sociorum, ut Goltius ex Gieuhari habet. Apud
 Hebraeos esse videtur agmen decimorum, seu deci-
 marum partium, unde una desumitur; metony-
 mice decimum quidvis Gen. XIV, 20.

§. CLV.

P. 754. עתה Radix omnino geminata, sed
 inusitata, cum infinitivum לעות Ef. L, 14. po-
 tius referendum censeam ad verba mediae quiescen-
 tis, ut radix ipsa sit, cujus notio ex arabismo pe-
 tenda est, in quo radix אנה mediae radicalis Fe
 quiescentis est rigavit, cum qua convenit ei co-
 gnata אנה in Conjug. IV. suppetias venit. Quae
 notiones ad l. c. conveniunt hoc sensu; dedit mihi
 linguam doctorum, ad suppetias ferendas defesso,
 vel ad rigandum et recreandum defessum verbo.

§. CLVI.

P. 755. עת Licet haec vox, quae Esr. IV, 10.
 II. 12. ענה legitur, ad radicem ענה inusitatum
 rejicienda sit, non tamen spernenda est celeberr.
 AUCTORIS ingeniosa deductio ex radice עתה re-
 petitis verbis aliquid dixit.



IV.

J. J. REISKE

A D

TACITVM ANIMADVERSIONES.

ANNALIUM L. I.

Pag. 5. edit. Ernest. 1. *falsæ*] h. e. laudationum plenæ, sed invita veritate. *compositæ*] h. e. confictæ, ad odium faciendum, sycophanticum ad modum: nam hoc est Tacito *componere*, comminisci et inculcare, invidiæ creandæ ergo.

Pen. f. *contentus*.

p. 6. 3. f. *proscriptiones*.

p. 11. ult. f. *aderantque*.

p. 12. 7. f. *veterem atque insitam e. g. superbiam subaudi, ex eo, Tiberio, erumpere*.

Antep. post *regnatrice* deest aliquid, nam et sententia et constructio labat, e. c. hæc: *et ægre ferentem*, aut simile quid.

p. 17. 5. post *primordio* deest *viderentur*, aut *conspicerentur*, aut simile quid, deinde aut *lacrymis gaudia* legend. aut *lacrymas gaudio*. præivere Muretus et Lipsius.

p. 18. ult. *neque abscedere a corpore*] Augusti puta. v. p. 23 I. I. forte addendum est *sibi licere*.

p. 31. I. f. *jussit, quo opes*.

35. I.

Pag. 35. 1. in Flor. est non adesse apud te reip. unde efficio non aditum esse apud te reip. h. e. rempublicam non invenire aditum ad te: *aditus* hic est adeundi venia et potestas. Bene latinum est, non est apud eum aditus cuiquam h. e. negat adeundi ad se facultatem, excludit omnes. Erat hæc acerba et sæva exprobratio immodestæ, et arrogantæ, et duritiæ: Ipsum rempubl. ab aditu ad se excludere! quæ immanitas? Hinc patescit causa odii Tiberiani erga Haterium.

p. 39. 2. annum] f. *augustalium*.

p. 42. ult. si verum vidit Jac. Gronovius, qui sibi visus est pro *v. retentos* in Florentino *tendentes* reperisse, potest hæc lectio probari, nam *tendere* simpliciter pro *tendere pelles* seu in castris agere usurpatur.

p. 49. ult. non improbo *vetus*. Sed e lectione Flor. *intus* videtur etiam *nimius* effici posse.

p. 50. 15. f. *damnatos jam, sibi miscent*.

51. 4. in Florentino est *abegeris*, quod verum puto, sed sic distinguo, responde *Blase*: *ubi cadaver?* (scil. est.) *Abegeris*. *Ne hostes quidem sepulturam invident*, id est, largior tibi, te illum abegisse, e numero vivorum sustulisse, verumtamen saltem sepelivisses, communi et humanitati debito honore. Nam ne hostes sepulturam invident hostibus, nedum ut cives civibus invideant tam tralaticium honorem. v. p. 63. 20.

p. 54. *ut adsolet*] nempe fieri, malim tamen *adsolet*. sc. *esse vel facere*.

ibid.

ibid. 8. f. *imitaretur*, et *propiore*, ambo enim ista ad *vultum* redeunt.

p. 56. *Antep. defectionem sideris*] nam et solis lunæque deliquia illa *labores* illorum siderum appellantur.

Pen. pergerent] h. e. *σπεύδοιεν, ἐπέργωντο, σπερχωντο*, *pergere* saepe est cum contentione et pertinacia in aliquo coepto efficiendo laborare. *Tacitus* ejus loco interdum *festinare* usurpat.

p. 59. 10. f. *nec ruere*, scil. *frustra*, e superioribus. 22. subscribo Freinsheimii *tracturis*, nam confirmatur a sequentibus. v. fin. pag. 60.

p. 63. 12. a *veneratione Augusti*] h. e. initium orationis faciebat a commemoratione *venerationis*, qua ipsi olim Augustum adhuc *superstitem* essent *prosecuti*.

65. *fausta* in Germanicum omnia videntur fuisse appellationes *faustæ* futuri *fastigii præsagæ*. Sed et hoc, quod pecuniam a Germanico flagitarent, omen erat *futuræ potestatis supremæ*. Solus enim princeps largiri poterat exercitibus, et ab eo solo licebat largitiones postulare. Sed simplicius atque planius est, locum hunc sic accipere, quasi dicat, illi pecuniæ flagitationi milites adjunxisse *faustas* et *auspicati* omnis acclamationes, quibus Germanico futurum significaretur imperium.

p. 66. 5. *ac*] f. at. Sententia est, verumtamen ipsa, quæ ipsis *furentibus* odiosa et detestabilia videbantur, locum dabant, et satis spatii, ut posset Germanicus ab amicis in tentorium rapi: quod
alias

alias vix videtur effici potuisse, nisi hæc tam enormia intervenissent.

Pag. 71. *Antep. increpans* est h. l. iterum iterumque crepans, h. e. commemorans, et jactans pathetica oratione. *Ibid. resurgere*] pro *exurgere*, græcismo *ἀναστῆναι*, sese sustulisse, coortam esse, insurrexisse.

p. 72. 12. Constructio plana et aperta hæc est: perpulic uxorem, ut abiret, quamvis aspernantem, scil. abire. 18. recte tunc *qui manebant*, monstrant sequentia, ubi leg. est. *Nam flentis* aut *plorantis Cæsaris*, pro illis vulgatis viciosis *non florentis*, quæ frustra laborat Gronovius incrustare. *ult.* videtur aliquid hic deesse, ferme ad hanc sententiam — *contuberniis*, percunctantes, *quis ille flebilis sonus, quod tam triste carmen*, audiunt *habentes feminas illustres* — Audiunt, scil. a Germanico et ejus amicis, *quod et quis pariter secum juncta* p. 80. 19. ubi excusat Ernesti.

73. *nihil imperatorie uxoris*] nullum insigne, nullum decus uxori imperatoris proprium et debitum, 3. f. *externas fides*, non indignum Tacito, fides in numero plurali usurpare.

p. 78. 3. probo Ernesti V. C. *dona*: cæterum, si tanti est tam leve admonere, malim sic distinguere *et, cui erant, dona militaria*, h. e. edebat citatus quisque *dona militaria*, quod de iis solummodo est accipiendum, quibus *dona* ejusmodi essent. nam non omnibus perinde erant, atque patria, ordo, numerus stipendiorum et reliqua, commemorata.

Pag. 82. 3. malo cum quibusdam *munitur*. Nam et *munior* in deponenti dicitur perinde atque *munio*.

p. 83. 15. post *prælio* deesse videtur, *paratus*, tamen si *prævideo* fore, qui supervacaneum hoc *assumentum* et brevitate *corneliana* indignum clament. Fateor *vulgatam* posse ferri etiam sine eo, eandemque *sententiam* reddere. Sed cur aliis similibus locis *paratus* addidit auctor? ut

85. 5. *intima*] vocabulum hoc admonet, *Lipsum* in h. l. interpretando verum vidisse. Accedit *libido* insatiabilis. *Julia*. *ult* non video, cur *scripserat* h. l. *latinius* sit, quam *scripsit*. Imo hoc *magis Latinitas* postulat, quam illud.

p. 87. ult. *diffidere hostem in Arminium et Segestem*] *Græcismus*. τὰς πολεμίας διασῆσαι εἰς — hoc est, *hostes* discessisse duas in *factiones*, quarum *capita* sint, alterius *Arminius*, alterius *Segestes*.

p. 88. *soceri* sunt *socer* et *socrus*.

p. 89. 5. aut *metuebantur* leg. aut *metuebat*.

p. 91. 6. sine dubio *conduceret* est leg. nam si *aprobari* hoc potest, *judicabam* latere in *parabam*, nihil est usquam *salabrarum*, nihil, quod *defendi* nequeat, quamvis *vitiosum*, nihil denique quod *interpretationis* quocunque colore aut quacunque *calumnia* obliterari, *perverti*, *extundi* nequeat. *ult. veterem* in *provincia* possit *exponi*, in ea parte *Germaniæ*, *ulterioris*, *Galliis* *proximæ*, quam *dudum* *D. Julius* *domuisset*, *nova* erat, quam *postmodum* *Augustus*, *Tiberius*, *Drusus*, *Germanicus*

nicus ad junxere, cis Rhenum. Confirmant hanc sententiam verba p. 92. *antep.* coleret *Segestes* *vistam ripam*, id est, habitaret in ripa Rheni occidentali.

Pag. 92. pen. f. *sacerdotium hominis*. (id est Augusti.) *Germanos* — amara, sed vera reprehensio. Regis filium subisse dedecus sacerdotii, in honorem, non dii alicujus, sed hominis, Augusti puta, flagitium et ignominia erat, ferocibus Germanis, intolerabilis, dictu nefanda, auditu dira. *ult. excusaturos* bene habet, id est purgatos.

p. 93. *viderint*] etiamsi necessitate. 4. *delectus*) scil. ex universo populo Romano, illo tam superbo, et aviditate imperandi tam iniquo et injurioso, unus delectus, cui homines serviant, tam importune aliis imperare gestientes. 6. *patriam parentes*, *antiqua*, idem est, ac si dixisset, patriam antiquam et parentes (h. e. necessarios) antiquos si mallet, h. e. si soli patrii possessionem, si mores et convictum parentum, majorum, cognatorum, præferrent novis dominis, h. e. imperiis novorum dominorum, et novis coloniis, seu conversationi et habitationi in coloniis Romanis.

p. 95. *ult. aut quæ patibula aut quot scrobes*, 96. 8. f. *solis*, sed hoc quidem leve. 11. post *hostium* videtur *factum* excidisse. Formidolosior hostium est, qui hostes magis, quam antea, formidat.

97. 5. *et videtur delendum esse*. Sententia est: cohortes subsidiariæ, quæ a Germanico ad succurrunt.

3. Stück.

X

current-

currendum laborantibus missæ erant, cum impellerentur ab agmine fugientium, ideo auxerant consternationem.

Pag. 98. 8. *in loco*] ut sæpe *in tempore*. Subaudi oportuno, idoneo, ubi castra metari par erat; cum esset ad illos pontes refarciendos perventum. 18^a aut *jam* cum Freihshemio est legendum, loco *tum*, aut *dudum*.

100. 13. e lectione Florentini effecerim *en Varus est, eodemque iterum f. v. l. penult. petendus*] f. *parandus*.

101. Antep. *honestæ in castris* universe sunt signa, quæ vel sanguine tueri decorum est militi, tum propria cuique decora, ut dona, coronæ. Ad *v. savitiam* nil opus est quicquam subaudire. Si sit, conveniret *majorem*. Sed sententia per se plana et perfecta est.

105. 8. *haud et quam* versu 9. videntur delenda. Sententia est: minus præ his sunt miserabiles illi, quos hostis circumfidet. Nam alias non respondent insequentia, *quippe illis* (ab hoste obfessis) etiam *honestæ mortis usus*; *his* (a mari septis) *inglorium exitium*, quo fit, ut horum fors non perinde sit miserabilis, atque illorum, sed multo etiam miserabilior.

106. 2. *submersas*] subaudi *esse*. Sed mollius et planius est *submersæ*.

107. 5. vulgata bene habet. Idem est ac si dixisset: sed alia tum, scilicet crimina, ex hujus legis titulo, in iudicium veniebant. Sitne *ut post veniebant* addendum, in medio relinquo.

Pag. 115. ult. f. *quod ad vulgus*, ist est *quod vulgo*.

p. 118. ult. *finem* h. l. est *ἄρον*, terminum, modum, idemque est, ac si dixisset, militiam sexdecim stipendiis finitam seu circumscriptam.

119. 7. miror hic loci Pichenæ annotationem esse insuper habitam, testantis, in Florentino legi, non *Interamnates*, sed *Antemnates*, et parum abest quin eam lectionem probet. Dignæ utique mihi quidem videntur Pichenæ annotationes, quæ totæ, non excerptæ, in ejusmodi editione, repræsententur; præsertim cum moles earum non sit immodica, neque nimis crebræ editiones.

ANNAL, L. II.

p. 131. 2. *quas*] f. *quis* id est *quibus*.

p. 135. 2. *transposuit* et *iturum* delenda videntur, illud ut scholium verbi *subvexit*, hoc ut mala scriptio sequentium *itaphures*. *Antep.* post *tum* videntur quædam deesse. *Tum* deleri nolim, est enim oppositum *paucis ante annis*. Conferuntur inter se vulnus Segomeri paucis ante annis inflatum, et honores tum ei in castris Romanis habiti. *Permissum* per se stat, subaudito est.

p. 140. *Antep. sapientia prævisa.*] *prævisa* hic tuebor. *Præviderat* enim Germanicus, armaturam Germanorum ipsis inhabilem et noxiam, et loca pugnæ iniqua fore, non autem providerat. *Sapientia* possit adjectivum et accusativus pluralis esse, subaudi *ei erant*.

P. 144. 3. f. *incurrere*, per *latus Stert.*

X 2

P. 150.

Pag. 150. *Pen. in aut latet aut salo, aut illo autem scil. oceano.*

153. possunt verba *nullo tum hosie* pro interjectis ab ipso Tacito ex ipsius persona haberi. Sic sæpe facit. v. p. 155. 2.

158. *ult. mensa* potest pro *in mensa* haberi, vel et *e* ex v. *eventibus* huc trahi, quasi dixisset, *vertentibus e mensa lumen appositum.*

159. 14. non dubito L. P. significare nomen aliquod proprium, quod, sine bono codice, nulla divinatio certo potest restituere. Possit tamen etiam pro sigla numinis, vel quasi numinis haberi, cui dies ille festus sit consecratus, e. c. *Lati-tiæ Principis*, vel si quid aliud ex hoc genere quis comminiscatur ingenii felicior.

161. *Pen. ut* non videtur hic loci valere *quem-admodum, ὡςπερ*, sed *quo, ὅπως*. eo sumto, videtur locus hians sic fere sarciri posse: *antisthent aliisque patres*, (conscripti puta) *quæ ad requiem animi.*

162. I. post *forte* deest *statuant, existiment* vel simile quid. 9. comma post *oratorum* melius ablit: nam *minitantium* pertinet ad *oratorum*, neque sunt minitantes ab oratoribus diversi.

164. I. post *ensebat* punctum est collocandum. *ut possent* idem est atque *posse*, vel *si possint*: ante *decorum* subaudiri debet *id*. Locus hic, si quis alius, fanus est.

176. 14. *melius haberi* mihi quidem suspectum, nemo tamen hic offendit. Sententia flagitat in castris severius haberi, quo luxu urbano lasciviens juve-

juvenis castigaretur. parum abest, quin *severius* praferam, aut *intentius*. forte tamen vulgata se tueatur, si accipiatur pro, *magis e. rep.* majore cum emolumento et securitate reip.

p. 177. 2. *Marabodui*,

p. 178. 6. at] f. atque aut et. 10. verba *Maraboduum appellans* parenthesi sunt includenda. 11. f. ac mox, cum per dona et legationes petivisset foedus.

p. 180. 4. *prorumpendi* omnino ab *effugium* regitur. *Effugium* in aperta *prorumpendi* idem est dictu, atque, ratio illa mortem praesentem effugiendi, ut in aperta *prorumpatur*: nam sunt et alia mortis *effugia*.

p. 189. 3. *Igitur salutatis Illo, quaque.*

p. 221. *Pen. f. satius visum d. V. statuere,* quam scil. mariti accusationem expectare.

p. 224. *Pen. post haud perinde videtur deesse atque merebatur.*

ANNAL. L. III.

p. 229. 7. f. *scripta.*

p. 231. 9. *prima*] est accusativus pluralis gen. neutrius, neque conjungi debet cum *fortuna*. Re-
ctum viderunt, qui *quando* rescribunt *επειδὴ τὰ πρῶτα* (scil. γέγρα) ἢ τύχη ἀφείλετο.

p. 237. *ult. usque*] constructio postulat ut *que* deleatur.

p. 248. *penult.* nullus dubito *ostentat* vel simile quid excidisse.

p. 249. 1. erat usitatus quidem, *desertus a suis ult.* ante *missu* videtur cui deesse.

p. 241. 7. sententia est: non enim Drusum fuisse aliis in dicenda sententia loco concessurum, nisi id fecisset propterea, quod iussus esset damnare, seu, quod officium ejus, ipsi imperatum esset, damnatio.

p. 252. 17. in *remp.* potest sic accipi, *adversus remp.* ad ejus eversionem atque commutationem.

p. 255. 16. *factiones*] f. *sanctiones*. v. p. 256. 8. et totus hic locus de legislatura agit.

p. 257. 1. f. *acriora ex eo vincla indi orbitati, custodes ex lege P. P. p. inducti*; illa *vincula orbitati indita* erant *custodes* vi legis Papiæ P. *inducti* scil. in *remp.*

p. 258. 2. f. *penetrarant*.

p. 261. 2. *ultro præfero*. Sententia est: Tiberium *ultro*, sua sponte, multo magis extulisse Sejanum ad sperandum summa quæque, quam ipse Sejanus, erat a se speraturus, *ultro* interdum est multo magis; sic p. 268, *ult. ultro metuebantur* est ob eam ipsam rem multo magis metuebantur, quam futurum erat, si manus heris non intentassent. v. etiam p. 455. 1. ubi *ultro* est *quin potius, imo vero*.

p. 265. *ult.* in *de* videtur latere *deberi*. Sententia est: plures opponebant, negotium id esse, ut ei *relatus* denegandus sit. h. e. *relatio*.

p. 266. 2. *multa a duritie* ut etiam Ernesti,

p. 269. pen. *secreta*] f. *severa*: nisi vulgatum volumus accipere pro vitæ genere in tristitia secreti seu solitudinis acto.

p. 273. 10. *susplicabar aliquando, si, quam ipsi florentes*: nunc autem, quamquam hoc non improbo, vulgatam tamen ferri posse censeo.

p. 279. 2. post *turbet*, videtur *accurrere* vel simile verbum deesse.

p. 280. antep. ad *dicendum testimonium exterritis*] sententia est, a terrore impulsis, ut dicerent testimonium, contra quam ante statuissent facere.

p. 284. 6. f. *ignaviam et infamiam v. i. pasceret* h. e. aleret, augeret.

p. 286. 2. *vestes*] huc perinde, atque ad proximum, pertinent sequentia, *quarum causa pecuniæ nostræ ad externas aut hostiles gentes transferentur*.

p. 287. *ult. faciunt*] id est creant, pariunt, consciscunt.

p. 289. 15. f. *verum hæc nobis* (scil. propria sunt decora) *alia sibi majores* (scil. propria habebant.) *certamina ex honesto maneat*, h. e. cuique licet, eo genere honesti, quo præcellit, cum altero certare.

p. 290. 3. post *potestatis* videtur *habuit* deesse nam alias, non *quo*, sed *eoque* debebat usurpare.

p. 293. 12. f. *diversa terrarum distingere* ut etiam Heinsius dudum ante coniecit. *diversum terrarum* a dictione Taciti abhorret, et ne latinum quidem est.

p. 295. *antep. proximo* bene habet, subauditur loco: ut *primo, secundo, tertio*, et sic porro.

p. 299. 3. *abdidiſſe* bene habet, et eſt verbum perinde aptum atque validum. Ea ratio, paulo illa ſubtilior, quam Erneſtius opponit, ſi valeret, multa ſint Tacito detrahenda, quæ ſuper-vacanea videantur, ut, quod ſtatim occurrit p. 301. 6. *infami opera dehonestabat*. Sufficere poterat videri poſtremum verbum, in quo ſatis in- eſt ſenſus infamiæ.

p. 301. f. *prope obruebat*, aut *prope abluibat*, Sententia eſt: tanta erat audacia auſorum ejus, ut pæne obliſcerentur homines, præ illorum fœditate, obſcuro illum loco fuiſſe, aut non crederent, eum fuiſſe obſcuro loco natum, qui tam atrociam auſus eſſet, ſed illa patraſſe, fretum ſui generis claritate.

p. 303. 6. *Silani*] ſubaudi *filii*, vel *junioris*. Sententia eſt: reddenda filio, Silano juniore, eſſe bona materna; nam illum natum eſſe ex alia parente, quæ dudum eſſet mortua, non ex illa conjugē, quæ tum ſuperſtes adhuc eſſet, cum Silanus pater damnaretur.

p. 305. ult. *equeſtri* melius convenit ordini equitum, donum dedicanti.

p. 307. 3. nam *hinoſtium abeſſe* licebat Flamini Diali, etiam non conſulto pontifice M. ſuo jure.

ANNAL. L. IV.

p. 316. ult. f. *cresceret*, ut etiam Grotius volebat, aut *intenderetur*, aut *cieretur*.

p. 320. ult. punctum commate mutandum.
Apta enim hæc omnia sunt verbo *cœnita* p. 321.
2. deinde post *ab Syria* videtur *fullo* vel *capto*
deesse.

p. 323. 9. *comi via*] bene dictum: ut græci
ὄδω usurpant de rebus æquabiliter et commode
atque ordine procedentibus. Sententia est non
comi quadam æquabilitate, constantia, et leni-
tate agendi. Subauditur *agebat* vel *exercebat*.

p. 328. 6. probo Ernestii *captum*. Possit quo-
que *deceptum* vel simile quod verbum supponi.
8. in v. *juveniliter* non solummodo notio alacri-
tatis, studii, festinationis, sed etiam gloriatio-
nis inest; volebat Drusi patri fidem et pietatem
erga eum suam innocentiamque approbare, eoque
cupide, sine ulla mora atque hæsitacione, pocu-
lum hausit, more juvenum, qui promittudine
agendi conscientiam culpæ nesciam ostentare
volunt.

p. 330. antep. nullus dubito Mureto accedere
scribenti, una litera detracta, *superbam facundi-
tate, subnixam pop. st.*

p. 333. 3. aut *seditiosa*, aut *foede*.

p. 337. ult. *tanto merito*] scil. *referendo*, quod
subaudiri debet; verum etiam post hæc verba de-
esse *se ostendi* vel simile quid, nullus dubito.

p. 346. II. *nescia* bene habere videtur, h. e.
exfors culpæ regis sui. v. p. 343. ult. quodsi ta-
men contraria sententia obtinere debet, nolim *con-
scia*, aut *non nescia* cum viris doctis legi, sed ma-
lim potius *noxia*. v. p. 414. 14.

p. 349. 3. *perorante*] f. *pater, orante*, ut etiam Jac. Gronovius, *cujus alias ingenium Tacito non videtur admodum auspiciatum fuisse*. Deinde subscribo Pichenæ, *præparatus legenti*: pendet enim ex *dicebat v. l. 5.*

p. 350. 12. f. *claudendum censet*. *Sed id quoque.*

p. 353. 7. *vulgata bene habet*. *Sic neque alia rerum idem est*, atque *sic etiam non alia res*. Sententia est: *sic etiam non alia res debent nunc conquiri et tradi, quam quæ deberent conquiri et tradi, si unus imperet*. *rr. profutura*] f. *profunt*.

p. 354. 1. f. *obvia a rerum similitudine et fatietate*. Id est obrepente etiam, atque occurrente et in animum sese ingerente fatietate, a rerum similitudine, seu propter rerum narratarum inter se similitudinem: *et hic loci est pro etiam*. 2. post *neque videtur enim excidisse*.

p. 356. 7. f. *an ne illi quidem*. Sententia est: *an tu vis, ut ne partem quidem memoriæ apud scriptores retineant, perinde atque imagines suas retinuerunt, illi qui septuagesimum ante annum perempti sunt? Falleris, vehementer falleris, si putas, id te effecturum*. *Posteritas enim suum cuique decus rependit*.

p. 360. 8. f. *tribuent, si hoc tribuent, ut maj. Ernestianum si ideo videtur haud convenire, quia, eo admisso credant cum credent sic mutandum*. 13. *sepulcris*] h. e. non templis deorum immortalium augustis et sanctis, sed fœdis, abominandisque

disque
cuius pa
appellab
deus im
mortuus

p. 36
tali conj

p. 36
furgre.

p. 37
trahere,

ciare,

— con
cellullu

armata,

erant

tix era

gens m

p. 3
versu

deat

floria

tur,

betur

p.
num

bant

p.
p.
p.
his c

disque offium putridorum conditoriis. Qua de causa pagani quoque Christianas ecclesias *τάφες* appellabant, quod in eis, ipforum opinione, non deus immortalis, sed homo et mortalis, et jam mortuus, coleretur.

p. 362. *pen. f. vel sic quoque*, h. e. etiam *fnali conjugio* ut paulo post ait.

p. 365. 6. f. *veram potentiam augetere vel surgere*.

p. 372. 14. post *Sabinus* videtur deesse *eos extrahere*, vel simile quid, h. e. blandis verbis ducitare. Deinde placet Jacobi Gronovii *postquam — venere pen. f. magna vis non armata*, h. e. castellum illud tuebatur magna vis hominum non armata, aut, si qui tamen eorum armis induti erant, nesciebant tamen, illa recte tractare, militiæ erant veræ nescii, v. p. 374. 14. ubi est *ingens multitudo bellatorum, imbellium*.

p. 375. 3. f. *neque ignobiles duces quamvis diversis sententiis. ult. aut parta* (ut ad *spes* redeat) aut *parata*; multum differunt *parata victoria* et *parta*; illa est, *ἐτόλμη* quæ adhuc speratur, hæc, quæ jam quæsitæ est et in manibus habetur.

p. 376. 12. *pro incolarum* est in msto *in eorum*, num *tutorum*, id est eorum, qui ista loca tuebantur.

p. 377. *ult. f. fama*, ut etiam Ernesti coniecit.

p. 378. 8. nihil deest præterquam *qui*.

p. 381. 5. v. Aristidis T. I. p. 515. fin. Ex his civitatum Asiaticarum contentionibus intelligitur,



gitur, cur scriptæ sint illæ Aristidis aliorumque orationes in laudes illarum civitatum; partim scilicet, ut domj in concionibus, ludis magnis, recitarentur, partim ut Romæ in ejusmodi judiciis.

p. 381. II. f. *legeretur*; id est a M. Lepido — *legeretur*. Dativus hic est loco ablativi, *pen. f. abscissit in Campaniam. v. p. 382. I.*

p. 384. *ult.* sine dubio *indiciis*, *μνωτῶν*, leg. ut dudum quoque Muretus et Gronovius viderunt, quibus etiam Ern. accedit; *penult.* post *daretur* desunt nonnulla de Tiberii alienato erga Neronem animo. Verum vidit h. l. etiam Acidalius; sed arduum est verba indicare ipsa, quæ desiderantur. Verba *diversæ insuper* sollicitudinum formæ oriebantur, singularem per se sententiam conficiunt, ut cum superioribus coherentem; cujus hæc vis est: alii aliis modis erga Neronem suum metum declarabant.

p. 387. *pen.* probò *Fidenas*, aut *Fidenates*: *am* potuit irreperere ex initio vocabuli proximi *amphitheatro*. Cæterum, præter y. *celebraret*, nihil hic est vitiosum, verba omnia bene et ordine constructa sunt. Sententia est: cum cœpissent Fidenates de amphitheatro apud se extruendo cogitare, Atilius quidam neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit, quo scilicet spectaculum gladiatorum *celeraret* (una litera minus, sic enim leg. est, non celebraret, quod vulgo circumferitur) h. e. quo celerius perageret aut conficeret, eederet illud spectaculum. *Quo* simplex hic loci est
pro

pro quo magis, et celerare, idem atque accelerare, σπευδεν, ἐπέγειν, ἐπισπέρχειν. v. p. 590.
 II. conduxerat ille Atilius a colonia hanc stru-
 cturam. Locarat ei colonia curam extruendi
 amphitheatri; dabat ei certam conditam pecu-
 niam, pro qua ille opus perficeret. Ille vero,
 ut mercedem operæ et lucri nonnihil ex ea re
 auferret, tumultuarium opus et labans perfece-
 rat, pro more talium redemptorum,

p. 388. 4. aut in est delendum, aut ejus loco
 exarandum nimis, aut denique audiendus Piche-
 na penult. Sententia est: miserandi quidem et illi
 fuere, sed minus tamen, quam qui postremi de-
 ciderunt: nam hi lenta morte et cruciatuum plena
 periere, illi autem cita, repentina, quæ, ut in
 malis, est felicitas: malum enim aliquod, tam-
 etsi et ipsum malum est, nec optabile, minus ta-
 men est alio quopiam majori malo, et illud mi-
 nus passis est quod gratulemur, ut in forte, seu
 casu fortuito, in se miserabili, quod majus illud
 malum effugerint.

p. 389. 10. agnoscentibus hic loci idem est at-
 que noscitantibus, h. e. e signis quibusdam digno-
 scere et deprehendere laborantibus sit quis, nec
 ne sit.

p. 391. Nil video causæ cur appellatum impro-
 betur: auxilium appellatum potest esse rogatum,
 advocatum, postulatum; quid si legamus cum au-
 xilium appellatū (h. e. ex appellatu, propter ap-
 pellationem, quia esset appellatus) mutuavisset
 h. e.

h. e. mutuo dedisset. Tarquinio Prisco puta, quod Tarquinius sibi rursus in tempore redderet. p. 392. *antep. subsidia*] id est *ἐφόδια*, necessaria victui, vestitui, sarturæ navium fractarum. p. 393. 8. f. *occultiores*.

p. 394. 3. *celeberrimo fori*] subaudi tempore, quum forum esset celeberrimum, h. e. congressu hominum refertissimum. v. Ernest.

p. 395. 3. aut latet in *ejus* aliquod participium, ut *criminans*, *incusans* vel simile quod, aut horum aliquod ei est addendum. 12. f. *metus visu, sonitu, aut forte, ortæ suspicionis erat*, h. e. metuendum erat, ne Sabinus male suspicari inciperet ex aliquo viso, aut audito, aut quocumque demum alio fortuito casu. Verum scire velim annon idem metus suspicionis undecumque capiendæ fuerit sub auscultatoribus inter laquear et testum abditis, atque ante fores stantibus? Hic me nodus urit.

p. 396. 4. dudum ante, quam Ernesti animadversiones inspiciendi copia daretur, suspicatus eram, ante *egens deesse consiliorum*, neque pœnitet suspicionis; nunc tamen malim *cautionum*, h. e. rationum vel modorum sibi cavendi. *ult. solennia precatus*] Sententia est: postquam Tiberius ea epistola, quam tum ad senatum misit, illa precatus erat Senatui et populo Rom. et reip. quæ precari eo tempore principem, solenne et antiquo more sancitum est.

p. 397. 8. *regrediebantur*] quo? domumne, an in forum? posterius puto, quia sequitur, *rursumque*

sumque ostentabant se, et quod timuissent, h. e. rursus se in foro congregatis ostentabant, metuentes, ne sibi hoc crimini detur, quod timore isti domum se recipere cœpissent.

p. 398. 2. servo cum Jac. Gronovio lectionem manuscriptorum *non prudentem*, hac sententia: *ecquis sibi persuadeat Tiberium adisse tantam invidiam non prudentem, h. e. non consulto, non data opera, sed per imprudentiam. Erit itaque post adisse addendum signum interrogationis. Sed deinde lego quæsitam, meditatamque, ut ad invidiam redeat, et meditatam accipiatur passivè, μεμελετημένην ut p. 445. ult. ult. aperirentur bene habet. Aperiantur alicujus cunctationes, cum seu vis, seu casus, eas perfringit, et referat, et velut adacto cuneo diffundit, necessitatemque affert contendendi, ut fulmen v. c. nubes aperit, ut clausos ventre suo imbres effundant.*

p. 400. 10. aut *subveniebatur* leg. aut si vulgata bene habet, *subveniebat* accipiendum pro *proveniebat*, h. e. succedebat, scil. negotium suum per illos questus. 11. si bene habet vulgata, debet *tributo accipi pro tributi causa*, alias malim utique *exigendo* aut *cogendo* addi.

p. 403. 1. post *Campaniæ videtur litore deesse 3. societate consiliorum*] est officiosa sedulitate studiis et commodis Sejani quoquo modo inserviendi; voluntates ejus explorandi, et quicquid vellet et imperaret peragendi. v. p. 544. ult. *antep, facio cum id quoque scribentibus,*

p. 409. 6. c vestigiis lacunarum Florentinarum colligo hanc sententiam, quæ si manum Taciti non reddit, videtur ab ejus mente non multum aberrare: *brevibus momentis summa verti. Debere superesse quomodocunque Germanici filium pœnitentiæ senis;* i. e. quoquo modo efficiendum esse, ut Germanici filius superstit pœnitentiæ senis, seu superstes maneat, quo pœnitentiæ senis, h. e. fatui præ senio et ad levissimum quodque momentum mutabilis in eo locum habere possit.


p. 411. 2. nil videtur hic desiderari, quare tolli possint signa defectus, nisi si membranæ Florentinæ lacunam ostendunt, 7. *adloqui* videtur scholium verbi *assistere* esse, ideoque delendum. Sententia est: Ita quemque assistentium aut retinebat aut a se dimittebat, ut cuique animus erat aut assistere, aut non assistere, parum aut diu. 11. *superesse* h. l. est adesse, imminere.

p. 418. 12. ante *imperatoris* aut *non* est inferendum, aut *nisi*, quod dudum ante me jam monuere viri docti.

p. 419. ult. f. *Latinus Latiaris*, in nominativo. v. p. 425. 13. v. *indubii*.

p. 421. *penult. quasi* necessario postulat ut paulo post p. 423. *dixisset* cum Lipsio legamus, et *addidisset* p. 424. 2. *incesta virilitas* est muliebria passâ.

Die Fortsetzung hievon folgt künſtig.



Cotrig. p. 298. *panticem* pro *scandicem*.

rentinarum
um Tseti
on molum
ri. De
um pe
licendum
entia se
cia lenis,
dque mo
pollie.

ri, quare
rana Flo
ui videtur
leendum,
i aut rei
imus erat
i aut diu.

est infe
iam mo

a nomina

alat ut pau
gamus, et
itas est

nsfig.

icem.



X, A

